

ex libris
Władysław Jan Grabski
Grabkowo

nauka o mowieniu III

M. F. QUINTILIANUS

DE INSTITUTIONE ORATORIA

VENEZIA

BONETUS LOCATELLUS

1493

Najwazniejsze historyczne teksty
Instituta, a mianowicie Kniha X
podajca dane o wzajemnym
skysliwieniu mowcy, z uwagami
na o kazdym jej rozdziale
brakuje 128 folio

75 Kora	Kolejność
Kniha V	VI - 4
VI	VII - 14
VII	<u>IX - 1</u>
IX	<u>VI - 1</u>
X	<u>IX - 20</u>
XI	<u>X - 5</u>
XII	V - 7
	XI - 13
	XII - 11
	<u>Sis. 75</u>


9.78
403

24/2x - 5.3



XV, 66

K 206/88



Sextus

uideri Memium: ut in forum descendens caput ad Fornicem Fabij demitteret. Ex his Ciceronis uerbis hunc sensum sic emendandum coniecto: ut græce καὶ ὑπερβολῆν ascribatur. græca enim a librariis fere litterarū græcarum imperitis facilius prætermitti solent. hoc est per hyperbolen: qua & incrementum & decrementum significatur. Quale præterea non quæ legendum uidetur. hoc modo. An non plurima per hyperbolen dicuntur: quale refert Cicero & cætera. Fornix autem Fabianus: ut Pædianus scribit: arcus est iuxta Regiam in sacra uia a Fabio Censore constructus: qui deuictis Alobrogibus Alobrox est nominatus. Ibiq; scuta eius

cum assidue minores parentibus liberi essent in nascendo. Interim utrūq; Quid ironia: nōne etiam quæ sit uerissime loci prope genus est: qua urbane usus est Afer: cū Didio gallo: q; puinciam ābitiosissime petierat: deinde impetrata ea tanq; coactus querebatur: age inquit aliquid: & rei. p. causa elaborata: quaq; Cicero usus sit: cū Vatinii morte nūciata: cuius partum certus dicebatur auctor. Interim inq; ulura fruar. Idem per allegoriam Marcū Cælium melius obiicientem crimina q; defendentem: bonam dextram. malam sinistram habere dicebat. Emphasia Iulius dixit ferrū tatiū incidisse. Figuras quoq; mentis quæ σχηματὰ διανοίας dicunt: res eadem recipit omnis: in quas nonnulli diuiserūt species dictorū: Nā & interrogamus: & dubitamus: & affirmamus: & minamur: & optamus. Quædam ut miseratēs: & quædam ut irascentes dicimus. Ridiculū est aut omne quod aperte fingit. Stultitia reprehendere facillimum est. Nam per se sūt ridicula. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Stultē iterroga uerat exeūtem de theatro Campatiū Curius Mānius an spectasset. facit Cāpatiū dubitationem eius stultiore dicēdo. Sed in orchestra pila lusi. Refutatio cū sit in negando. i arguendo. defendēdo. eleuando: ridicule negauit Mannius Curius. Nam cū eius accusator in Sipario omnibus locis aut nudum eū in neruo: aut ab amicis redemptū: ex alea pinxisset. ergo ego inq; nūq; uici. Redarguimus interī aperte: ut Cicero Iubiū Curtiū multū de annis ætatis suæ mentientem. Tū ergo cū una declamabamus: non eras natus. Interī ut simulata assensione: ut idem Fabiæ: Dolobellæ dicenti: triginta se annos habere. Verū est inquit. Nam hoc iam uiginti annis audio. Belle interim subiicitur pro eo: quod neges aliud mordacius: ut Iunius Bassus: quærente Domitia Passanii: q; incusans eius sordes calceos eā ueteres diceret uandere solere. Nō me hercules inq; hoc unq; dixi: sed dixi emere te solere. Defensionē imitatus est eques romanus: q; obiiciēti Augusto: q; patrimoniu comedisset: meū inquit putauit. Eleuandi ratio ē duplex: ut aut ueniam quis aut iactātiā minuat. Quæ admodū. C. Cæsar Pōponio ostēdenti uulnus ore exceptū i seditione sulpitiana: q; ipse se passū p Cæsare pugnātē: gloriabat:

posita fuere. Interim utrunque. Quid sibi uelint hæc duo uerba mihi non percipitur. Nihil certe sensū adiuuant. Sed omnino superuacua uidetur: nisi quod locum ioci eius: quem de genere Lentulorum. P. opius: dixit: occupasse uidetur. Dictū nanque illud ita corruptum atque confusum est ut non habeatur.

Quid Ironia: nonne etiam quæ sit uerissime loci ppe genus ē. Emēdate in quibusdam exemplaribus uerissima & ioci legitur. Hoc uero & Cicero præcipit cum inquit. Urbana etiā dissimulatio est: cum alia dicuntur ac sentias. Quam urbanae usus est Afer cum Didio gallo. ut qua legatur sensus exposcit quis exemplaria nobis nō astipulens. Quæque Cicero usus sit: est uidetur legendum ne modi dissimiles copuletur. Emphasia Iulius dixit ferrum Tatiū incidisse. Emphasi quidem. a. uocali expuncta legendum est: sed ne sic quidem mihi percipitur hoc dictum. Emphasis autem est ut ipse Fabius in nono describit cum ex aliquo dicto latens aliquid eruitur: ut apud Vergiliū Non licuit thalami expertem sine crimine uitam Degere more fera. Quægenim de matrimonio querit. Didio tamen huc erupit eius affectus: ut sine thalamis uitam non hominum putet: sed ferarum. Sed rem urbanam facit aliqua ex nobis adiectio. Adiectio ut legatur sensus exposcit: non autem abiectio. Facit Campatiū dubitationem eius stultiore dicendo sed in orchestra Pila lusi. Non negandi aduerbium mihi ascribendum uidetur quibus exemplaria dissentiant. ut legatur: Dicendo Non. Sed in orchestra Pila lusi.

Refutatio cum sit in negando. in arguendo. defendendo. In præpositione expuncta redarguendo legendum esse aperte: quæ sequuntur demonstrant. Nam & cum eius accusator in sipario omnibus locis aut nudum eum in neruo. Et copula ut sensui onerosa expungatur. Si

pariū aut ut inq; Sex Pōpeius genus est ueli minuti: quod populo obiicebat. dū fabulæ actus cōmutabant. In neruo aut esse dicunt: qui uicti & ligati sunt. Interī ut simulata assensione. Et copula loco ut est reponēda.



XV, 66

Quia Cicero est usus in uatiniū. Qua legendum est i uocali erasa. Dies enim inquit longiores sunt. Enim coniunctio hinc quoque ut redundans eradenda uidetur. Repercutiendi multa sunt genera. uenustissimum: quod est similitudine aliqua uerbi adiuuatur. Venustissimum a loco est uerbi etiam in quibusdam legitur exemplaribus. hoc modo. uenustissimum quod etiam. Ut Tracallatus. Tracallus recte alibi legitur.

Nunquid ergo illuc accedo. ego. r. expuncta legendum est. Nunquid enim illud satis indignationis præse ferre uidetur. Mendacium quoque mendacio ut Galba dicente quadam uictoria esse uno in Sicilia quinque

pedes longam Murænam emisse. Deprauatam hūc locum quidam se correxisse putantes unius litteræ imutatione nihil emendationis penitus attulerunt. In quibusdam enim codicibus asse legitur loco illius esse infiniti. Sed ne una quidem menda sic mihi uidetur esse sublata. Neque enim rectius asse quæ esse legi contenderim. Illi uero duo ablatiui nonne penitus superuacui atque a sensu alieni uidentur. Quanam igitur ratione corrigendus est hic sensus? Mihi quidem super hoc diu ac sæpe cogitanti recta tandem: ni fallor lectio occurrit. Nam quodam pro quadam scribendum: & pro uictoria legendum uictoriato: & ex infinito esse primam syllabam puto expungendam: ut legatur uel refragantibus omnibus: quæ quidem ego uiderim exemplaribus: hoc modo. Ut Galba dicente quodam uictoriato se uno in Sicilia quinque pedes longam Murænam emisse. est autem uictoriatus: ut apud Plinium legitur: numus cum uictoriæ signo percussus. Ut his piscatores pro restibus cingant. Restibus puto ego esse legendum non restibus: neque uestibus: ut quidam corrigere se credentes deprauarunt. Restes uero sines dicuntur crassiores quibus piscatores præcipue uti consueuerunt. utatur præterea magis quæ cinguntur legendum est. Et ex diuerso quidam conditionis eiusdem ciuium erat litigatus exclamasse fertur. Correcte in quibusdam legitur exemplaribus hoc modo. Et ex diuerso quidam conditionis eiusdem cuius erat litigator. Cum uitium est non negare quod obiicitur. Hoc quoque præceptum ita est deprauatum: ut iteger sensus elici nullo pacto possit: nisi corrigatur hoc modo: ut cui loco illius cum & uicinium non uitium legatur. Colophum inquit tibi ducam & formulam scribo. Colaphum liegendum esse patet. Colaphum autem ducere pugno aliquæ percutere. Formulam uero scribere est: quod nunc uulgo dicitur libellum mittere.

nunquam fugies respexeris inquit: aut crimen obiectum: ut Cicero obiurgantibus: quæ sexagenarius pupillam uirginem duxisset: Cras mulier erit inquit. Non genus dicti: consequens uocant quidam: atque illi simile: quod Cicero Curionem semper ab excusatione ætatis incipientem: facilius quotidie prohemium habere dixit: quia ista natura sequi: & cohærere uideantur. Sed eleuandi genus est etiam causarum relatio: qua Cicero est usus in Vatiniū: qui pedibus æger cum uellet uideri commodioris ualitudinis factus: & diceret se iam bina milia passuum ambulare. dies enim inquit longiores sunt. Et Augustus nunciantibus Tarracōnensibus: palmam in ara eius enatam: apparet inquit: quæ sæpe accendatis. Transtulit crimine Cassius Seuerus. Nam cum obiurgaretur a prætore: quæ aduocati eius. L. Varro Epicureo Cæsaris amico conuicium fecissent: nescio inquit: qui conuiciati sint: & puto stoicos fuisse. Repercutiendi multa sunt genera. uenustissimum: quod & similitudine aliqua uerbi adiuuatur: ut tracallatus. Dicti Sullio: si hoc ita est: is in exilium. si non est ita: redis inquit. Elusit Cassius Seuerus obiiciente quodam: quæ ei domo sua Proculeus interdixisset: respondendo: Nunquid ergo illuc accedo. Sic eluditur & ridiculum ridiculo: ut Diuus Augustus: cum ei Galli torque aureum centum pondo dedissent: & Dolobella per iocum temptans tamen ioci sui euentum dixisset. Imperator torque me dona: Malo te inquit ciuica donare. Mendacium quoque mendacio: ut Galba dicente quadam uictoria esse uno in Sicilia quinque pedes longam murænam emisse: nihil inquit mirum. Nam ibi tam longæ nascuntur: ut his piscatores pro restibus cingant. Contraria est neganti confessionis simulatio. Sed ipsa quoque multum habet urbanitatis. Sic Afer egerat contra libertum Claudii Cæsaris: & ex diuerso quidam conditionis eiusdem: cuius erat litigator: exclamasse fertur. Præterea tu sæpe in libertos Cæsaris dicis. Nec me hercule inquit quicquam proficio. cum uitium est non negare quod obiicitur: cum & id palam falsum est: & inde materia bene respondendi datur: ut Catulus dicenti Philippo: quid latras? Furem uideo inquit. In se dicere non est fere: nisi scurarum: & in oratore utique minime probabile. Quod fieri totidem modis: quot in alios potest. Ideo hoc quæ quis frequens sit transeo. Illud uero etiam si ridiculum est: indignum tamen est homini tolerabili: quod aut turpiter aut impotenter dicitur. Quod fecisse quædam scio: qui humiliori libere aduersus se loquenti: colaphum inquit tibi ducam: & formulam



Sextus

scribo: q̄ capud durū habeas. Hic. n. dubium ē: utrum ridere audientes: an indignari debuerit. Superest genus decipiendi opinione: aut dicta aliter itelligendi: quæ sūt in oī hac materia uel uenustissima. Inopinatū & a laceffente poni solet: q̄le ē quod refert Cicero. Quid huic abest: nisi res & uirtus: aut illd̄ Afri. Homo ī agendis causis optime uestitus: & ī occurrēdo: ut Cicero. audita falsa Vatiniū morte cū Quiniū libertū eius interrogasset: recte ne oia: dicenti recte: mortuus ē inqt. Plurimus aut circa simulationē risus ē: quæ sūt uicina: & p̄pe eadem. Sed simulatio est certam opinionē animi sui imitantis. dissimulatio aliena parū se itelligere fingētis. Simulauit Afer cū ī cā subinde dicētibus: celsinā dicere cognouisset: quæ erat potēs scēmina: Quis ē inqt iste. Celsinā. n. uideri sibi uix: finxit. Dissimulauit Cicero cum Sex. annalis testis reū læsisset: & instaret idētidē accusator ei: dic Marce Tulli inqt: potes de sex. ānali. uersus tūc dicere cœpit de libro Enni ānali sexto: Qui potis ingentis cās euoluere belli. cui sine dubio frequētissimā dat occasionē ambiguitas: ut Caselio q̄ consultori dicētī. nauē diuidere uolo: pdes inqt. Sed auerti itellectus & aliter solet: cū ab asperioribus ad leniora ide flectit: ut qui interrogatus: qd̄ sentiret de eo q̄ in adulterio deprehēsus eēt: tardū fuisse respondit. Et confine ē quod dicitur per suspicionem: quale illud apud Ciceronem: querētī q̄ uxor sua e fico se suspendisset: rogo des mihi surculū ex illa arbore ut inferā. Intelligit. n. quod non dicit. Et hercle oīs false dicendi ratio ī eo ē: ut aliter q̄ ē rectū uerūq̄ dicat: quod fit totū fingendis aut nostris aut alienis persuasionibus: aut dicēdo quod fieri non pōt. Aliena finxit iuba: q̄ quærētī: q̄ ab equo suo eēt aspersus: quid tu inqt me hippocētaurū putas? Sua. C. Cassius: qui militi sine gladio decurrētī heus cōmilito pugno bene uteris inqt. Et Galba de piscibus qui cū pridie ex parte adusti & uersati postero die appositi essent: festinemus. alii subcœnant inquit. Tertium illud Ciceronis ut dixi aduersus Curium. Fieri enim certe nō poterat: ut cū declamaret: natus nō esset. Est & illa ex Ironia fictio: q̄ usus ē. C. Cæsar. Nam cū testis diceret a reo scēmina sua ferro petita: & eēt facilis respōsio: cur illam potissimū partē corporis uulnerare uoluisset? Quid. n. faceret inqt: cū tu galeam & loricam haberes. Vel optima ē simulatio contra simulantē: q̄lis illa Domitiū Afri fuit. Vetus habebat testamentū: & unus ex amicis recentioribus sperās aliquid ex mutatione tabularū: falsā fabulā intulerat: consulens eū: an primipilaris ei testator suaderet ordinare suprema iudicia: noli inqt facere. offendis illū. Iucundissima sūt autē & ex his omnibus leuia: & ut sic dixerī boni stomachi: ut aperiam de ingrato litigatori conspectū eius uitanti in foro per nomenclatorem missum ad eum. Amas me inqt: q̄ nō te uidi.

Plurimis autem circa simulationem risus est. Duo hic uerba icuria librariorum omissa reponenda uidentur. hoc modo. Plurimus autē circa simulationē & dissimulationē risus est. Sic autem legēdum esse facile indicant quæ sequuntur. Simulauit Afer cum in causa subinde dicentibus Celsinam dicere cognouisset. Aut dicere uidetur expungēdum. neq̄ enim habet quo referat: aut certe diceret est legendū. Dic M. Tulli inquit potes de Sex. Annali. Inquit uerbū expungatur. ac nūquid ut in quibusdam exemplaribus scriptum est: legat hoc modo. Dic. M. Tulli. Nūquid potes de sex. Annali. Ut caselioqui consultatori dicenti. Consultori ta syllaba expuncta legendum est. Et confine est quod dicitur per suspensionem quale. Loco & copulæ ei datius mihi uidetur esse reponēdus. Hoc autem etiam Cicero in secundo de oratore ait. Salsa sunt inquit etiam quæ habent suspensionē ridiculi absconditam. Quo in genere est illud ficuli: cui cū familiaris quidā quæreretur: quod diceret uxorem suā suspendisse se de ficu: Amabo te inquit Da mihi de ista arbore: quos seram furculos. Quod ab equo suo esset aspersus. Sic quidem recte legitur. Corrupte autem sputo ut quidam deprauarunt. Neq̄ enim sputum dicto quod subiicitur cōgruit: quo iuba innuit quendam de se iniuste queri: quīs ab equo suo sit aspersus: cū hippocentaurus non sit.

Qui militi sine gladio decurrētī. Emendate discurrēti mihi legi uideatur. Et esset facilius responsio. Facilis legendum esse nemo non uidet. An primipilaris ei testator suaderet ordinare suprema iudicia Quid sibi uelit testator hoc loco nō liquet mihi. Certe nihil sensui confert. Quare non testator: sed testamento mihi legendum uideatur.

Iucundissima sunt autē & ex his omnibus leuia. & copula uidet expungenda ac lenia non leuia legendum. Ut aperiam de ingrato litigatori conspectum eius uitanti in foro per nomenclatorem missum ad eū. Amas me inquit quod te non uidi. Corrupto huic loco sic mihi emendatio asferri posse uidetur: ut Aperiam uerbum ac de præpositio expungatur & Afer eorum loco reponatur ut legatur ut Afer ingrato

Liber

litigatori. Domitii nanque Afri dictis hoc quoque perquam simile uidetur. Et dispensatori qui cum reliqua non responderet. Ad præpositio mihi ascribenda uidetur ut ad reliqua legatur. Quæ ὑπαγωγὰ uocant. Eleganter huiusmodi dicta ὑπαγωγὰ hoc est subiectiones græci uocant. Nam qui his utitur quodam modo subigit eum quem ridet. Est gratus locus. I litteræ in i uocalem conuersione emendatur hic sensus: ut iocus legatur. Aduuant urbanitatem & uersus commode positi seu tot ut sunt. Toti legendum esse facile ex ipso percipitur sensu. Vt Ouidius ex theatra Macri carmine librum in malos poetas composuit, ut con- iunctio cum subiunctiuum expo- scit: Composuerit est legendum.

Nisi qua ulysses interuasit lentius Emédate in quibusdam codicibus legitur loco hox uerboꝝ interua- sit Létius. rate euasit laertius. Cu- ius hæreditas esset quam uocant sa- pientiam. Est non esset legendū esse facile expositio quæ sequitur osten- dit: Pro illo facilitas est. Exponit au- tē Fabius quo modo uerba sint ex parte mutata. uersus nanq; ut conie- ctare possum. Neq; enim non igno- ro unde sit sumptū: sic erat scriptus Cuius facilitas est quam uocant sa- pientiam. Pro illo autē facilitas subii- citur Hæreditas. Similes quod πᾶποι. uia dicitur. Simile littera. s. erasa legatur. Sensus autem initiū non clausula uidetur esse: ut peruer- se in exemplaribus fere distiguitur. Est autem uerbum uidetur ascribē- dum ut legatur. Simile est quod pa- roemia dicit. Vt homine in aquā lapso. De præpositio ad sensus inte- gritatem scribēda uidetur ut legat̄ ut de homine in aquā lapso. est autē hoc prouerbiū in Plano dictum. unde Horatius. Nec semel irrisus triuuis attollere curat Fracto crure planum licet illi plurima manet La- chryma. per sanctū iuratus dicat ofi- rim Credite. non ludo. crudeles tol- lite claudum. Quære peregrinum uicinia rauca reclamationat. Ex histo- ria etiam docere urbanitatem eru- ditū. Ne hic quidem locus mihi p/ batur. Fabiū. n. non docere sed duce- re scriptum reliquisse contenderim Elegantissimus nanq; erit sensus: si- leget. Ex historia etiam ducere ur- banitatem eruditum. Subabsur- da illa constant stultissimi imitatio- ne. Stultissimi superlatiuum nihil sensui congruit. Stultis autem simi- li imitatione fortasse legendum est hoc modo: Stultis simili imitatiōe.

Latus inquit oportunius. Emen- date a quibusdam oportuit legitur ut intelligamus latus oportuit uul- nerari. Iis quoq; uti belle datur.

Quid referat illud iis pronomen relatiuum. ingenue fateor. mihi non percipitur. Forsitan uero pro iis legen- dum est iurgis aut certe conuiciis. Exempla quæ subiiciuntur conuicia sunt. ut mentiris & domine.

Vt seruus Dolobellæ cum interrogaret. Passiue interrogaretur uidetur legendum. Vt Hispano obiici- enti bis ardore crimina accusatori mentiris inquit. Pro ardore acerba in quibusdam legitur codicibus.

& dispensatori: qui cum reliqua nō responderet: dicebat sub- inde nō comedi panem & aquam bibo: pasce & redde quod debes: quæ ὑπαγωγὰ uocāt. Est gratus locus: qui minus exprobrat q̄ pōt: ut idem dicenti candidato. semper domum tuam colui: cum posset palam negare: credo inq; & uerū est. Interim de se dicere ridiculum ē: & quod in aliū si abscentē diceret: urbanum non erat: quoniam ipsi palam exprobrat: mouet risū: quale Augusti ē: cū ab eo miles nescio qd impro- be peteret: ueniret contra Martianus: quē suspicabat̄ & ipsi aliquid iniuste rogaturū. Non magis inquit faciam comilito quæ petis: q̄ quod Martianus a me petiturus ē. Aduuant ur- banitatem & uersus cōmode positi: seu tot ut sūt: quod adeo facile est. ut Ouidius ex theatra Macri carmine librum in malos poetas cōposuerit: quod fit gratus: siq; etiam ambigui- tate condit̄: ut Cicero i Martiū hōiem callidū & uersutum: cum is in quadam causa suspectus esset: nisi qua Ulysses rate euasit laertius. Seu uerbis ex parte mutatis: ut in eū: qui tam- ātea stultissimus eēt habitus: post acceptā hæreditatē prius sententiam rogabat̄: cuius hæreditas esset: quam uocant sa- pientiam: p illo facilitas est. Seu fictis notis uersibus. Simile quod πᾶποι. uia dicit̄: & puerbia opportune aptata: ut ho- mine in aquam lapso: & ut alleuaret̄ roganti: tollat te qui nō nouit. Ex historia etiā ducere urbanitatē eruditū: ut Cicero fecit: cū ei testem in iudicio Verris roganti dixisset Hortensi- us: non itelligo hæc ænigmata. atq; debes inquit: cū sphynge domi habeas. Acceperat autem ille a Verre sphyn gem æne- am: magnæ pecuniæ. Subabsurda illa cōstāt stultissimi imi- tatione: & quæ nisi fingant̄ stulta sunt: ut qui mirantibus: q; humile candelabrū emisset: pransoriū erit inquit. Sed illa si- milia absurdis sunt acria: quæ tāq; sine ratione dicta ferūtur: ut Seruus Dolobellæ: cum interrogaret: an dominus eius au- ctionē proposuisset: domū inquit uendidit. Deprehēsi interi- pudorem suū ridiculo aliquo explicant: ut q; testem dicentē se a reo uulneratū interrogauerat: an cicatrices haberet: cū il- le ingentē in fœmore ostendisset: latus inquit opportunius. Iis quoq; uti belle dat̄: ut Hispano obiiciēti bis ardore crimina accusatori: mentiris inq; Et Fuluius ppiquus legato iterrogā

Sextus

at: an i tabulis quas proferebat chyrographus esset: & uerus inqt domine. Has aut accepi spēs: aut inueni frequētissimas: ex qbus ridicula ducerent. Sed repetā necesse est: infinitas eē tā false dicēdi q̄ seuerē: quas præstat p̄sona. locus. tēpus. casus deniq; q̄ est maxime uariis. Itaq; hæc ne omisissē uiderer attingi. Illa aut quæ de usu ipso & mō iocādī complexus sū: adeo ifirma: sed plane necessaria. His adiicit Domitius Marsus q̄ d̄ urbanitate diligētissime scripsit: quædā nō ridicula: sed cuilibet seuerissimæ orōi cōueniētia elegāter dicta: & pprio quodā lepore iucunda: quæ sūt qdē urbana: sed risū tamē non habēt. Neq; n. ei de risu sed de urbanitate ē opus institutū: quā ppriā esse nostræ ciuitatis & sero sic intelligi cœptam postq̄ urbis appellationē etiā si nomen propriū nō adiceret: Romā tamen accipi sit receptū: eāq; sic finit. Urbanitas ē uirtus quædam in breue dictū coacta & apta ad delectādōsq; mouēdosq; homines in oēm affectū: maxime idonea ad resistendū uel laceßendū: put quæq; res ac p̄sona desiderat: cui si breuitatis exceptionē detraxeris: oīs orationis uirtutes complexa sit. Nā sicut ista rebus & p̄sonis: quod in utrisq; oporteat dicere perfectæ eloquentiæ est. Cur autē breuem eam esse uoluerit: nescio quidē. At quam i eodē libro dicat fuisse: & i multis narrandi urbanitatē paulo post ita finit: Catonis ut ait opinionē sequutus: Urbanus hō erit: cuius multa bene dicta respōsq; erūt. Et q̄ in sermonibus. circulis. cōuiuuiis. item in cōcionibus: omni deniq; loco ridicule cōmodeq; dicet. Risus erūt qcunq; hæc faciet orator: quas si recipimus finitiones: qc̄ quid bene dicet & urbane: dicti nomē accipiet. Cæterum illi qui hoc proposuerat: cōsentanea fuit illa diuisio: ut dictorū urbanorū: alia seria. alia iocosa. alia media faceret. Nā eadem ē omniū bene dictorū. Verum mihi etiā iocosa quædā uidentur posse non satis urbane referri. Nam meo qdē iudicio illa ē urbanitas: i qua nihil absonū. nihil agreste. nihil inconditū. nihil peregrinū neq; sensu. neq; uerbis. neq; ore. gestu ue possit deprehendi: ut non tam sit in singulis dictis: q̄ in toto colore dicendi: qualis apud græcos atticifimos ille reddens athenarum propriū saporem. Ne tamen iudiciū Marci hois eruditissimi subtrahā: Seria partit i tria genera honorificū. contumeliosū. mediū. Et honorifici ponit exēplū Ciceronis quoq; p̄ Ligario apud Cæsarem. Qui nihil soles obliuisci: nisi iurias. & cōtumeliosi quod Attico scripsit de Pōpeio & Cæsare. Habeo quē fugiā. quē seq̄r non habeo. & mediū quod ἀποφειγυατικὸν uocat: & est ita cū dixerit: neq; grauem mortē accidere forti uiro posse: neq; immaturā consulari: neq; miserā sapiēti: quæ oia sunt optime dicta. Sed cur proprie nomen urbanitatis accipiant non uideo. Quod si non totus ut mihi uidet orationis color meret: sed etiā singulis dictis tribuendū est: illa potius urbana esse dixerit: quæ sūt generis eiusdē. quæ ridicula dicunt: & tamē ridicula nō sūt. De Polliōe Asinio seriis iocisq; pariter accōmodato dictū est: esse eū omniū horarum. Et de actore facile dicente ex tempore

Adeo infirma. r littera ex puncta infima mihi legendū uidetur. Quam propriā esse nostræ ciuitatis. Ait uerbū ut ascribatur sensus exposcit.

Nā sicut ista rebus & personis quod in utrisque oporteat dicere perfectæ eloquentiæ est. Corruptus hic sensus quanā ratione emendari possit: mihi sane non occurrit.

Et quod in sermonibus. Qui non quod aperte legendū esse constat. Risus erūt quicunque hæc faciet orator Erit i quibusdam legitur codicibus. Sed ne sic quidē mēdæ tolluntur. Quo autē modo remoueri possint: mihi nō liquet nisi forte quæcūq; legatur. Quasi recipimus finitiones. s ascribat ut quasi legatur ita sensu exigente.

Qualis apud græcos Atticifimos ille reddens Athenarū proprium saporem. Quāuis reddens fere legatur & recte legi uideatur: ego tamen non reddens: sed redolens legendum esse contenderim. Atticifimos autem linguæ atticæ proprietates elegantiaque dicitur. Et honorifici ponit exēplum Ciceronis quoque pro Ligario apud Cæsarem. Quo que copula ut ociosa mihi uidetur expūgenda. Et mediū quod ἀποφειγυατικὸν uocat. & est ita cum dixerit. neq; grauem mortē accidere forti uiro. Deprauatus est hic locus: qui sic emendari posse uidetur: si ita cū particula post ponatur ac dixit legatur non dixerit hoc modo. Et mediū quod ἀποφειγυατικὸν uocat: & est cum ita dixit. ἀποφειγυατικὸν autem dicitur interpretari potest. ἀποφειγυατικὸν nanque dictum acutum transfertur. unde Plutarchi ἀποφειγυατικα. De Polliōe Asinio. ut aduerbium mihi ascribendum uidetur. Sic enim nihil sensui deerit si legatur. ut de Polliōe Asinio. Exemplis nāque declarat Fabius nōnulla eē urbana: quæ tamen non sint ridicula.

Aut denique iam ab ipso dictū fuisset. Iā particulæ loco negandi aduerbiū recte in aliis scriptum est quibusdam exemplaribus. hoc modo. Aut deniq; nō ab ipso dictum fuisset. Stomachus. n. ille habet aliquid. illic nō ille ut legat uerus exigit sensus.

Ltercationis præcepta.
 a Cur subiungat altercationis præcepta: rationē primum reddit Fabius: deinde ad præcepta ipsa de altercatione tradenda redit. est autem altercari uerbis contendere. Prius que secundum quinque partium Quā loco que copulæ quis non uideat esse legendum? Quia satis cæteris præceptis in hanc quoque uidebatur esse perfectū. In quibusdam quidem exemplaribus legitur perfectū. Sed mihi recte prospectum legendum esse uidetur. ut intelligamus esse primum. Prospicere enim significat prouidere. Perpetua donatur oratio. Dominat mihi syllaba interiecta legendum esse facile est uidere. At quidam litigatoribus usi ullū modo declamandi sudorem præstitisse contenti. Deprauatum hunc esse locum facile ex eo quoque percipi potest: quod duobus modis legitur. Sed neutro recte. ut mihi quidem uidetur. Quidam. n. loco illius usi uix legentes putant se correxisse. quod an sint affectu doctorum sit iudicium. Mihi quidem illud uix sensui repugnare uidetur. Forsitan uero sic est emendandus: ut suis non usi & illum non ullū legatur. hoc modo. At quidam litigatoribus suis illum modo declamandi sudorem præstitisse contenti. Pugnāque illam decertoriam imperitis ac sæpe puellata turbæ reliquūt. Decertatoria ta syllaba interiecta legendum mihi uidetur nō decertoriam: ut in quibusdam legitur codicibus. Pullatæ quoque legatur e uocali de medio extracta. Pullatam aut turbā pragmaticos uocat. Nam oratores purpurati cedebant. Itaque uideas alios plerūque insidiis priuatis ad actiones uocari. Varia est huius quoque loci lectio. insidiis autem nullus est in hoc sensu locus. In quibusdam exemplaribus men-

ingeniū cū innumerato habere. etiā Pōpei: quod refert Marcius in Ciceronē diffidentē partibus. trāsi ad Cæsare. me timebis. Erat. n. si de re minore: aut alio animo: aut deniq; iā ab ipso dictū fuisset: quod posset inter ridicula numerari. Etiā illud quod Cicero Cotelix scripsit: reddens rationē: cur illa. C. Cæsaris tempora tā patienter toleraret. Hæc aut animo Catōis ferenda sūt: aut Cicerōis stomacho: Stomachus. n. ille habet aliquid ioco simile. Hæc quæ mouebāt dissimulanda mihi nō fuerūt: in quibus ut erraueri: legentes tamē nō decepi indicata diuersa opinio: quā sequi magis partibus liberum est.

De altercatione.

a Ltercationis præcepta poterāt uideri tūc iconhāda: cum oia quæ ad continuā orationē pertinēt: peregrinā. Nā est usus eius ordine ultimus. Sed cū sit posita in sola iuētione: neque habere dispositionē possit: nec elocutionis ornāmēta magnope desideret: aut circa memoriā & pronūciationē laboret: priusque secundā quoque partium: hanc quæ tota ex prima pēdet: tractaturus non alieno loco uideor: quā scriptores ideo fortasse alii reliquerunt: quia satis cæteris præceptis in hanc quoque uidebat esse perfectū. Cōstat. n. aut intentione aut depulsionē: de quibus satis traditū est: quæ quæquid in actione perpetua circa partibus utile ē: idē in hac breui atque concisa prout: necesse est. neque alia dicunt in altercatione: sed aliter: aut interrogando aut respondēdo. Cuius rei fere ois obseruatio in illo testiū loco excussa nobis ē. Tamē quæ latius hoc opus aggressi sumus: neque perfectus orator sine hac uirtute dici potest: paululū impendamus huic quoque peculiaris operæ: quæ quæ in quibusdam causis ad uictoriā uel plurimū ualeat. Nā ut in generalitate: in qua recte ne factū quid: an cōtra sit queritur: perpetua domiat oratio: & quæstionē finitiōis. actionis plerūque satis explicat: & oia pene in quibus de facto cōstat: aut cōiectura artificiali ratione colligitur: Ita in his causis: quæ sunt frequentissimæ: quæ uel solis extra artē partibus: uel mixtis cōtinent: asperrima in hac parte dimicatio ē. nec alibi dixeris magis mucrone pugnari. Nā & firmissima quæque memoriæ iudicis iculcanda sūt. etiā præstādū quæquid in actione promissimus. & refellenda mendacia. Nusquam est deniq; quæ cognoscit intentior. Nec in merito quidam: quæ in dicēdo mediocres: hac tamen altercandi præstantia meruerūt nomē patronos. At quidam litigatoribus usi ullū modo ambitiosū declamandi sudorem præstitisse contenti: cum turba laudantiū destituūt subsellia: pugnāque illā decertoriā imperitis ac sæpe pullatæ turbæ reliquūt. Itaque uideas alios plerūque insidiis priuatis ad actiones uocari. alios ad partibus. Quæ si diuidēda sūt officia: hoc certe magis necessariū ē: prout dēdūque dictū. si plus litigantibus prout minores. In publicis certe iudiciis uox illas preconis præter patronos ipsum quæ egerit citat. Opus ē igitur in primis ingenio ueloci ac mobili animo præferti & acris. Nō. n. cogitādū: sed dicēdū statim ē: & prope sub conatu aduersarii manus exigēda. Quare cū in omni parte huiusce officii plurimū

Sextus

dose legitur subleui. Mihi iudiciis maxime sensui cōuenire uidetur: eoq; magis quod iudiciis parum ab Insi diis numero similitudineq; srag; distat: & ut semel finia: iudiciis legēdū eē ex iis quæ sequunt apte colligif. ū n. duo sint genera iudicioꝝ: publicū & priuatū: utriusq; meminit fabius. Ad actōes quoq; minus bene mihi le gi uī. Ad altercatōes uero fortasse eē legēdū. sicq; sēsus itegritas exposcit. Sed ē familiariter nos nosse cās. Nos pnomē hoc loco nec cōpositōis rō admittit: nec sensui est necessariū. Alioq; & tacēdū est ergo sæpe & aliis subiiciētibus. plerūq; aut studio loquēdi fatue mō accedēdū. Hic locus adeo est corruptus: ut nullus iteger sen

facit totas nō diligenter modo: sed etiā familiariter nos nosse causas: tū in altercatione maxie necessariū est: omniū perso narū. instrumentorū. temporum. locorum habere notitiā. alioqui & tacendū est: ergo sæpe: & aliis subiiciētibus. plerū q; autem studio loquēdi fatue mō accedēdū: quod nunq; ac cidit ni nostra credulitate aliena stultitia erubescamus. Ne q; tantū his ipsis monitoribus clarescit. Quidā faciūt apte: quod rixemur. Videas enim plerosq; ira percitos exclaman tes: ut iudex audiat contrarium id esse: quod admoneatur: sci atq; ille q; punciaturus est in cā malū quod tacef. Quare bonus altercator uitio iracūdiæ careat. Nullus enim rationi magis obstat affectus. & fere extra causam: & plerūq; defor mia cōuitia facere: ac mereri cogit: & ipsos nonnūq; iudices i citat. Melior moderatio: ac nōnunq; etiam patientia. Neq; n. refutanda tantum: quæ e contrario dicunt: sed contēnenda. eleuanda. ridenda sūt. nec usq; plus loci recipit urbanitas. odi um mordet & pudor. contra turbantes audendum: & impu dentia fortiter resistēdum. Sunt enim quidā præduri in hoc oris: ut obstrepant ingenti clamore: & medios sermones iter cipiant: & oīa tumultu cōfundāt: quos ut non imitari: sic acri ter propulsare oportebit: & ipsorū improbitas retūdenda: & iudices uel præsidentes magistratus appellandi frequenter: ut loquēdi uices seruentur. Non est res animi iacētis: & mol lis supra modum frontis: fallitq; plerūq; quod pbitas uoca tur: quæ est imbecillitas. Valet aut in altercatōe plurimum acumen: quod sine dubio ex arte non uenit. Natura enim nō docetur. arte tamen adiuuatur: in qua præcipuū est semper id in oculis habere: de quo quæritur: & quod uolumus effice re. Quia propositum tenentes in rixam nō ibimus: nec cau sã debita tempora conuitiando conteremus: gaudebimusq; si hoc aduersarius facit. Omnia tempora fere parata sūt me ditatis diligenter quæq; aut aduerso dici aut responderi a no bis possint. Nonnūq; tamen solet hoc quoq; esse artis genus: ut quædã in actiōe dissimulata subito in altercãdo proferan tur. Et iopinatis eruptionibus aut ex insidiis citissimo facto si millimū. Id aut tū faciendum est: cū est aliquid cui respōderi

iūctio uidet reponēda. ut legat. Nã est res animi iacentis. Aliqd aut aliud quoq; huic sensui mihi deesse uidet. Neq; n. hic picipit: quæ sit res animi iacētis. Valet aut ut altercatōe. In præpō loco ut legat ut i qbusdã recte exēplaribus est scriptū. Et quod uolumus efficere. uolumus i uocali expūcta legat. Nec cã debita tēpora Causã e uocali ascripta legat. Oīa tēpora fere parata sūt meditatatis diligēter quæq; aut aduerso dici aut re spōderi a nobis possint. Ex præpō ascribēda est: ut ex aduerso legat: id qd i qbusdã exēplaribus scriptū iuenit.

Potuerat autem si tempus ad disponendum fuisset. Nam quod fideliter firmum est: a primis statim actionibus arripere optimū est: quo sapius diutiusque dicat. Illud uix saltem præcipiendum uidetur: ne turbidus: & clamorosus tantum sit altercator: & quales facti sunt: quæ litteras nesciunt. Nam improbitas licet aduersario molesta sit: iudici inuisa est. Nocet etiam diu pugna in his quæ optinere non possis. Nam ubi uinci necesse est: expedit sedere: quia siue plura sunt de quibus quaritur: facilius erit in cæteris fides: siue unum: mitior solet irrogari poena uerecundiæ. Nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri culpa altera est. Dum stat acies multi in re consilii atque artis est: ut errantem aduersarium trahas: & ire quam longissime cogas: ut uana iterum spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim: & sæpe discrimen omne committunt: quod deesse nobis putant: & faciunt probationibus nostris auctoritate postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario: quod pro se putet: quod apprehendens minus maius aliquid cogat dimittere. Duas interim res proponere: quarum utralibet male sit electurus: quod in altercatione sit potentius: quam in actione. quia in illa nobis ipsi respondemus. in hac aduersarium quasi confessum tenemus. Est in primis acutum uidere: quo iudex dicto moueat. quod respuat. quod ex uultu sapientissime: & aliquando etiam dicto aliquo factoue eius deprehendit. & instare perficientibus: & ab his quæ non adiuuant: quam molissime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque ut remedia proinde perseuerent adhibere uel desinant: ut illa recipi uel respui uideat. Nonnunquam si rem euoluere proposita facile non sit: inferenda est alia quaestio: atque in eam si fieri potest: iudex auocandus. Quod cum respondere non possis agendum est: nisi ut aliud inuenias: cui aduersarius respondere non possit. In plerisque iudex est auocandus: ut dixi: quæ circa testes & locos & personas modo distat: quæ hic patronos: iter se certamen: illic pugna iter testem & patronum. Exercitatio uero huius rei longe facilius. Nam est utilissimum frequenter cum aliquo: quæ sit studiosus eorundem: sumere materiam uel ueram uel etiam fictam controuersiam. Et diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici genere quaestionum fieri potest. Ne illud quod ignorare aduocatum uolo: quo quæque ordine probatio sit apud iudices præferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est: ut potentissima prima: & summa ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem. hæc ad pronuntiandum.

De iudicio & consilio.

Exercitatio uero huius rei. Pro exercitatio ut legatur exercitatio ne admodum est quidem.

Cuius rei eadem in argumentis ratio est. Aut in præpositio solum eranda uidetur ut legatur. cuius rei eadem argumentis ratio. aut loco eius cum præpositio reponenda. hoc modo cum argumentis.

Is pro nostra facultate tractatis. Eorum confutat Fabius in hoc capite opinionem: qui iudicium inuentioni subiunxerunt: quæ que oratori consilium sit necessarium ostendit.

Præcipiam communia. Non uerba tantum hoc loco: sed uersus quoque ipsi sunt transpositi ac perturbati: Sic autem sunt in ordinem redigendi. Præcipiam igitur ne quod effici non potest: aggrediamur: ut contraria uitemus: & communia. nequid in eloquendo corruptum obscurumque sit. Referatur oportet ad sensus qui non docentur.

non statim possit. Potuerat autem si tempus ad disponendum fuisset. Nam quod fideliter firmum est: a primis statim actionibus arripere optimū est: quo sapius diutiusque dicat. Illud uix saltem præcipiendum uidetur: ne turbidus: & clamorosus tantum sit altercator: & quales facti sunt: quæ litteras nesciunt. Nam improbitas licet aduersario molesta sit: iudici inuisa est. Nocet etiam diu pugna in his quæ optinere non possis. Nam ubi uinci necesse est: expedit sedere: quia siue plura sunt de quibus quaritur: facilius erit in cæteris fides: siue unum: mitior solet irrogari poena uerecundiæ. Nam culpam præsertim deprehensam pertinaciter tueri culpa altera est. Dum stat acies multi in re consilii atque artis est: ut errantem aduersarium trahas: & ire quam longissime cogas: ut uana iterum spe exultet. Ideo quædam bene dissimulantur instrumenta. Instant enim: & sæpe discrimen omne committunt: quod deesse nobis putant: & faciunt probationibus nostris auctoritate postulando. Expedit etiam dare aliquid aduersario: quod pro se putet: quod apprehendens minus maius aliquid cogat dimittere. Duas interim res proponere: quarum utralibet male sit electurus: quod in altercatione sit potentius: quam in actione. quia in illa nobis ipsi respondemus. in hac aduersarium quasi confessum tenemus. Est in primis acutum uidere: quo iudex dicto moueat. quod respuat. quod ex uultu sapientissime: & aliquando etiam dicto aliquo factoue eius deprehendit. & instare perficientibus: & ab his quæ non adiuuant: quam molissime pedem oportet referre. Faciunt hoc medici quoque ut remedia proinde perseuerent adhibere uel desinant: ut illa recipi uel respui uideat. Nonnunquam si rem euoluere proposita facile non sit: inferenda est alia quaestio: atque in eam si fieri potest: iudex auocandus. Quod cum respondere non possis agendum est: nisi ut aliud inuenias: cui aduersarius respondere non possit. In plerisque iudex est auocandus: ut dixi: quæ circa testes & locos & personas modo distat: quæ hic patronos: iter se certamen: illic pugna iter testem & patronum. Exercitatio uero huius rei longe facilius. Nam est utilissimum frequenter cum aliquo: quæ sit studiosus eorundem: sumere materiam uel ueram uel etiam fictam controuersiam. Et diuersas partes altercationis modo tueri: quod idem etiam in simplici genere quaestionum fieri potest. Ne illud quod ignorare aduocatum uolo: quo quæque ordine probatio sit apud iudices præferenda: cuius rei eadem in argumentis ratio est: ut potentissima prima: & summa ponantur. Illa enim ad credendum præparant iudicem. hæc ad pronuntiandum.

Is pro nostra facultate tractatis non dubitasse transire pertinens ad dispositionem: quæ ordine ipso sequitur: nisi uereret: ne quoniam fuerunt quæ iudicium inuentioni subiungerent: præterisse hunc locum quibusdam uideret: qui mea quod opinione adeo partibus operis huius omnibus conexus ac mixtus est: ut ne a se detrahitur quod aut uerbis saltim singulis possit separari: nec magis arte tradit: quam gustus aut odor. Ideoque nos quod in quibusque re sequendum cauendumque sit docemus: ac deiceps docebimus: ut ad ea iudicium dirigat. Præcipiam igitur ne quod effici non potest aggrediamur: ut contraria uitemus & communia: nequid in eloquendo corruptum obscurumque sit. Referatur oportet ad sensus: qui non docentur, nec multum a iudicio credo distare consilium.

Septimus

pro Ctesiphonte orationem: uidetur fortasse obscurior: pauca quibus maxime perspicuus fiat: subiicere non grauabor. Cum Ctesiphon Demosthenem ut optime de rep. meritum Dionysio: die in Dionysii ipsius Theatro in omnium graecorum conspectu: qui ad celebranda Dionysia conuenerant coronandum censuisset: ab Aeschine Demosthenis inimico fuit accusatus: quod diceret eum contra leges fecisse. Demosthenem namque operi publico praesuisse: neque ullam reddidisse rationem. Legem autem extare: quae eos: qui reddendis administrationis suae rationibus obnoxii sint: prohibeat coronari. Alteram praeterea legem esse qua cauetur: ut qui a po-

culator a iure quo uidebatur poterior coeperit: patronus oia uel pene omnia ante ius posuerit: quibus iudicem quaestioni legum praepararet. Aliud enim alio docere prius expedit: alio qui semper petitoris arbitrio diceret. Denique in accusatoe: ut uacuum se uterque defendat priusquam aduersarium arguat: omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. Igitur quod ego sum secutus partim praecipitis: partim usurpatum ratione cognoueram: promam: nec unquam dissimulaui. Erat mihi curae in controuersis forensibus nosse omnia: quae in causa uersarentur. Nam in schola certa sunt & pauca: & ante declamationem exponuntur: quae themata graeci uocant. Cicero proposita. Cum haec in conspectu quodammodo collocaueram: non minus pro aduersa parte: quam pro mea cogitabam. Et primum quod non difficile dictu est: sed tamen ante omnia intuendum constituebam: quid utraque pars uellet efficere. Tum per quid. Hoc modo cogitabam: quid primum petitor diceret. Id aut confessum erat aut controuersum. Si non confessum: poterat ibi esse quaestio. Transibam ergo ad responsum partis alterius. idem intuebar. nonnunquam etiam: quod inde optinebatur: confessum erat. Vbi primum coeperat non conuenire: quaestio oriebatur. confessum erat. Id tale est. Occidisti hominem. occidi. conuenit. transeo. Rationem reddere debet reus quare occiderit. Adulterum inquit cum adultera occidere licet. legem esse certum est. Tertium iam aliquid uidentum est: quo pugna consistat. Non fuerunt adulteri. Fuerunt. quaestio. de facto abiigit. coniectura est. Interim & ego tertium: confessum est adulteros fuisse. Sed tibi inquit accusator illos non licuit occidere. Exul-

pulo Atheniensi coronandus censeatur: in concione coronetur. qui uero a senatoribus in senatu. Alibi aut non licere quem coronandum declarari. Ad haec laudes quibus sit Demosthenem persecutus falsas esse. Neque enim recte ab eo reip. negotia administrari: sed ipsum & munera accipere & multorum malorum ciuitati causam esse. Hoc uero ordine usus est Aeschines: ut primum de legibus ipsis uerba faceret. deinde de rep. male administrata. Exigebat autem ut eodem ordine Demosthenes responderet. Ipse uero a reip. administratione initium sumpsit. & rursus in fine ad eam ex arte orationem conuertit. In medio autem quae legibus ipsis opponenda erant collocauit. Ad illud autem iudicium concursus dicitur e tota graecia esse factus: ut scribit Cicero qui etiam utraque orationes e graeco in latinum uertit. Sed temporum infelicitate amissae: nuper a Leonardo Aretino fuerunt interpretatae. Denique in accusatoe: ut uacuum se uterque defendat priusquam aduersarium arguat: omnium rerum necesse est ordinem esse diuersum. Ego aliquid in hoc sensu desidero: quod in exemplaribus non inuenitur: quodque haecenus huic loco necessarium esse minime est animaduersum: quod sane quae graue flagitium est: cum nullus integer sanus uel sensus: nisi id quod deest: ascribat: elici possit. Quo namque modo in accusatione necesse est rerum ordinem esse

diuersum: ut uacuum se uterque defendat priusquam aduersarium arguat? Certe hoc non est necesse: cum defensor accusatoris ordinem in respondendo sequi interdum pulcherrime possit. Quonam igitur pacto corrigendus est hic locus? An mutua nomen ut in illis disputationibus nostris: quae circumscribuntur diximus: est ascribendum? Nam in mutua accusatoe: quae *αντικατηγορια* dicitur: necesse est ordinem esse diuersum. Quare mutua adiectiuum: uel refragantibus exemplaribus ascribendum mihi uidetur: ut legatur. Denique in mutua accusatione. In mutua namque accusatione id est necessarium: quod in simplici accusatione contingens. Sed de hoc uel nimium: cum ex uerbis quoque ipsius Fabii sic esse legendum diligenter intuenti facile appareat: praecipueque ex his quae inferius de mutua praecipit accusatoe. Quo in genere inquit semper prior debet esse defensio. Primum quia natura potior est salus nostra quam aduersarii pernicietas. Deinde quia plus habemus in accusatoe auctoritatis si prius de innocentia nostra constiterit. Postremo quia ita demum duplex causetur: & quae sequuntur. Itaque quod ego sum secutus partim praecipitis. partim usurpatum ratione cognoueram. promam. Si non confessum poterat ibi esse quaestio. Sic quidem & publice quoque legitur: sed non sine maximo errore: qui sane ex iis quae sequuntur: facile deprehenditur. Transibam inquit ad responsum partis alterius. Quid enim opus est transire ad responsum alterius partis: si ibi potest esse quaestio? Quae rationis namque pars altera utrique parti semper est tuenda. Quare illud non aduerbium in tertium locum mihi uidetur referendum. hoc modo. Si confessum: non poterat ibi esse quaestio. Interim & ego

tertium confessum est. Ergo legendū esse ac illi copulā & præponendū facile est uidere: hoc modo. Interim ergo & tertium confessum est.

Coniuncta. hic distinguendū est. Sicut enim intelligit. coniuncta quæstio est. Statim autem huius exemplum infertur. Lege de sicariis commisit. L. Varenus. Est autē hæc peculiaris iuriscōsultorum locutio lege committere hoc est in legem. Lege uero Cornelia de sicariis ac ueneficiis tenetur ut inquit Marcellus ad legem corneliam: qui hominē occiderit: cuiusue dolo malo incēdium factum erit: quiue hominis occidendi furtiue faciendi causa cū telo ambulauerit. Aliud a iure actionis excludit. A præposito mihi excludenda ex hoc contextu uidetur. Tūc. n. iure actionis excludimus crimē: quā neque negari neque defendi potest cū aliquo iuris remedio elabimur: ut non uideatur iure actio intendi: ut in tertio Fabius ait. In quo genere agenti est dispiciendum quid quoque loco diluat. Quod pertinet ad doctorem. non plane dissentio a Celso. Quidam doctorem in actorem commutant & recte quidem. Nam actor proprie dicitur qui prior agit: siue sit accusator: siue petitor.

Anteactæ uitæ crimina plerumque prima impugnanda sunt. Ne huic sensui contraria sint quæ sequuntur: impugnanda expungatur ac eius loco purganda reponatur hoc modo. Anteactæ uitæ crimina plerumque prima purganda sunt: ut id de quo laturus est sententiam iudex: audire propitius incipiat. Si unum: iure quæstionē instituamus an in scripto. Pro iure in re i quibusdam exemplaribus emendate legitur. Si iure negādum sit quod obiicitur aut tuendū. In re hic quoque pro iure & an legendum est loco aut distiūctiua. hoc modo. Si in re negādum sit quod obiicitur an tuendū.

Et in ea de uerbis ac uoluntate quærat. An loco ac copulæ legat.

Vt in *αυτινομια* hoc est in cōtrariis legibus. Nā græci *αυτινομια* uocant quod nos cōtrarias leges appellamus. Quodque de argumētis probationum loco concessi. Quid sibi uult illud loco probationū. Nōne

enim eras & ignominiosus. de iure quæritur. At si prius dicenti occidisti: respondeat. non occidisti: statim pugna est. Sic explorandū est ubi controuersia incipiat: & cōsiderari debet quæ primam quæstionem facit. Intentio simplex. Occidit Saturnium Rabirius. cōiuncta lege de sicariis cōmissit. L. Varenus. Nam. C. Varenus occidendo & Cn. uulnerando: & Salarium item occidendo cadit. Nam sic diuersæ propositiones erūt. quod idem de petitionibus dictum. Verū ex coniuncta propositione: plures esse quæstiones ac status possūt: si aliud negat reus. aliud defendit. aliud a iure actionis excludit. In quo genere agenti est dispiciendum: quid quoque loco diluat. Quod pertinet ad doctorem. Non plane dissentio a Celso: qui sine dubio Ciceronem ē secutus. Instat tamen huic parti uehementius: ut putet primo firmum aliquid esse ponendū. summo firmissimum. imbecilliora medio. quia & initio mouendus sit iudex: & summo impellendus. At pro reo plerumque grauissimum quidque primum mouendum est: ne illud spectans iudex reliquorum defensionem sit auersior. Interim tamen & hoc mutabitur: si leuiores illa palam falsa erunt. grauissimi defensio difficilior: ut detracta prius accusatoribus fide aggrediamur ultimum: iam iudicibus omnia uana esse credentibus. Opus erit tamen præfatione: qua & ratio reddat dilati criminis: & promittatur defensio: ne id quod nō statim diluemus. timer e uideamur. Ante actæ uitæ crimina: plerumque prima impugnanda sunt: ut id de quo laturus est sententiam iudex audire propitius incipiat. Sed hoc quoque pro Varenus Cicerō i ultimum distulit: nō quid frequentissime: sed quid tum expediret intuitus. Cum simplex intentio erit: uidendum ē: an unū aliquid respondeamus. an plura. Si unum in re quæstionem instituamus: an in scripto. Si in re negādum sit: quod obiicitur: an tuendū. Si in scripto: in qua specie iuris pugna sit: & in ea de uerbis ac uoluntate quærat. Id ita consequemur si intuiti fuerimus: quæ sit lex: quæ litem faciat: hoc est qua iudicium sit constitutum. Nam quædam in scholasticis ponuntur ad coniungendam modo actæ rei seriem: ut pater expositum: qui agnouerit: solutis alimentis recipiat. Minus dicto audiētem filium liceat abdicare. Qui expositum recepit: imperat ei nuptias locupletis propinqui. ille ducere uult filiam pauperis educatoris. Lex de expositis ad affectum pertinet. Iudicium pendet ex lege abdicationis. Nec tamen semper ex una lege quæstio est: ut in *αυτινομια*. His spectatis apparebit circa quæ pugna sit. Coniuncta defensio est: qualis pro Rabirio. Si occidisset recte fecisset. sed nō occidit. Vbi uero multa cōtra unā propositionem dicimus: cogitandū est primū quicquid dici pot. tū ex his quo quicquid loco dici expediat ordinādum: in quo nō idē sentio: quod de propositionibus paulo ante: quodque

Septimus

Possūt esse aliquæ iterim ignotæ. An hæredem habuerit. An accusaturus fuerit eū: a quo dicitur occisus. Si alia defecerit nō utiq; spectādas eē cās. Nam quē posse reperiri q̄ non metuat, oderit, speret, plurimos tamen hæc salua innocētia facere: neq; illud ē omitterendū: nō oīs causas in oībus p̄sonis ualere. Nā ut alicui sit surandi cā paup̄tas: non erit idē in Curio Fabricioq; momētū. De cā prius an de persona dicendū sit quæritur: uariēq; est ab oratoribus factū, a Cicerōe etiā prælatæ frequēter causæ. Sed mihi si neutro litis conditio præponderet: secūdū naturam uidet̄ incipere a persona. Nā hoc magis generale est: rectorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile, aut hoc. Pōt tamen id ipsū sicut plerūq; uertere utilitas. Nec tantū causæ uolūtatis sūt quærendæ: sed interi & erroris: ut ebrietas & ignorantia. Nam hæc ut in qualitate crimē eleuāt: ita in cōiectura premūt, & persona q̄dem nescio: an unq; utiq; i uno actu rei possit incidere: de qua neutra ps dicat. De causis frequēter quæri nihil attinet: ut in adulteris: ut i furtis: q̄ illas per se ipsa crimina secū habent. Post hæc intuenda uidentur: & consilia quæ late patent: an credibile sit reū sperare id a se scelus effici posse: an ignorari cū fecisset, an etiā si ignoratū eēt absolui, uel p̄na leui transigi, uel tardiore, uel ex q̄ mius incōmodi consecuturus: q̄ ex facto gaudii uideret̄, an etiam tanti putauerit p̄nam subire. Post hæc an alio tempore: & aliter facer̄: uel facilius uel securius potuerit: ut dicit Cicero pro Milone enumerās plurimas occasiōes: q̄bus ab eo Clodius ip̄one occidi potuerit. Præterea cur potissimū illo loco, illo tēpore, illo mō sit aggressus: q̄ & ipse diligentissime tractatur p̄ eodem locus. An etiā si nulla rōne ductus ē: impetu raptus sit & absq; sēntentia. Nā uulgo dicit̄. Scelera nō habere consiliū. An etiam consuetudine peccādi sit allectus. Excussa prima pte an uoluerit: seq̄t̄ an potuerit. Hic tractat̄ locus, tēpus: ut furtū in loco clauso, frequēti tēpore uel diurno cū testes plures: uel nocturno cū maior difficultas. Inspiciūt̄ utiq; difficultates, occasiōes quæ sūt plurimæ. Ideoq; exēplis nō egēt. Hic sequēs locus talis ē: ut si fieri nō potuit sublata lis sit. Si potuit sequat̄ quæstio, an fecerit. Sed hæc ēt ad animi cōiecturā pertinēt. Nā & ex his colligit̄ an sperauerit. Ideo spectari debent & instrumenta: ut Clodii ac Milonis comitatus.

Quæstio an fecerit. Incipit a secundo tēpore id ē præseti: ac

ret. Quare mihi Fabius uidetur ut secundum pro præseti ita coniunctum pro insequēti exposuisse: simulq;

speret. Nisi uererer ne cui uidear audacior: cēserē huic sensui duo uerba irascat cupiat esse ascribenda: ut oēs huiusmodi affectus cōprehēderentur. Cū iterrogatiōe aut sine cōtroversia legendū est. Nā hoc magis generale rectorq; diuisio. Aut nullū crimē credibile aut hoc. Inuitus eq̄dē facio ut quicq; imutē: uereorq; ne mihi id uitio uertat̄: sed cū siquid sentiā ostēdero: libez tamē uicui q; reliquat̄ iudiciū: amore pulcher rimi opis nō grauabor oēm istoge subire calūniā. Hæc q̄dē diuisio Aut nullū crimē credibile aut hoc: mendis paḡ acute itueti carere uidetur. ego uero nō ad personam referri: ut uult Fabius: sed ad rē facile cōtēderi. Quid, n. ad p̄sonā si aut nullum crimē est credibile, aut hoc? Profecto nihil. Quare fortasse in nullo & in hoc uel refragātibus exēplaribus ē legēdū, hoc mō. Aut in nullo crimē credibile aut i hoc. Sic, n. manifeste ad p̄sonā hæc referet̄ diuisio. Pōt tamē id ipsū sicut plerūq; uertere utilitas. Cū plerūq; sit aduerbiū sensus aut nomē exigat, plerāq; etiā refragātibus exēplaribus legēdū eē asfirmarim. An etiā si ignoratū eēt absolui. Emādate in aliis exēplarib; legit̄ nō eēt. Inspiciunt̄ utiq; difficultates & occasiōes quæ sunt plurimæ, & copula ascribenda uidetur.

Quæstio an fecerit incipit a secūdo tempore id est præseti ac deinde coniuncto. Etsi præceptum hoc mendis carere uidetur: si tamen sibi constare Fabius cēsendus est: paulo cōfusius deprehendetur. Coniunctum nanq; tempus cum alibi tum in quinto ubi de probatione artificiali differit, pro præseti accipit, hic aliud eē a præseti sentire uidet̄, nec satis patet quod tēpus coniuncto attribuat. Quod si insequēti illud q̄d ex interuallo subiicitur: coniuncto ascriberet̄ & sensus perspicuus esset & Fabius cādidus hic quoq; esse uideretur. Cum enim cōiunctum tēpus pro præseti p̄prie ponatur: ut pote quod & preterito & futuro iūgatur: tamen pro futuro quoq; poni potest. Nā futuro, præseti adhæ

eorum exempla subiecisse. hoc modo. Quæstio an fecerit incipit a secundo tempore id est præsentis: ac deinde coniuncto hoc est. in sequenti: quoque sunt sonus. clamor. gemitus. latitatio. metus. similia. Sic autem esse legendum etiam ille genitiuus quoque aperte ostendit. Præsentis uero tempus scite Fabius uocat secundum. Nam præteritum primum esse dicit. instans secundum. Futurum tertium.

Sed uerba magis nocent aut minus. magis profunt nostra quam aliena. magis profunt & minus nocent aliena quam nostra. Ita de prauatus est hic locus ut aperte falsa ac contraria sint quæ ex istis colliguntur sensibus. Sine controuersia nanque falsum est nostra uerba magis prodesse quam aliena. alioqui statim non subiceretur: magis profunt & minus nocent aliena quam nostra. Quare minime miror si pauci admodum e professoribus hoc opus legere aggressi plegere ab auditoribus delerti potuerunt: cum fere plures corrupti sensus deprehendantur esse quam integri habeantur. Sed mihi diutius scrutanti sic tandem emendari posse uidetur: si tria hæc uerba ascribantur. nocent & minus. ut legatur. Sed uerba magis nocent aut minus. Magis nocent & minus profunt nostra quam aliena. magis profunt & minus nocent aliena quam nostra. Ita nanque & perspicuus & integer est sensus. Nec ignoro in aliis exemplaribus sic legi ut falsa præcipere Fabius coarguatur. Tamē nostra sæpe nobis nocent. pro nobis legendum est magis. Cum autem dicta factaque nostratia. Legendum mihi uidetur nostra. Crediti & depositi duæ quæstiones sed nunquam iunctæ. Hic sensus mihi emendatione indigere uidetur: eoque est obscurior ac minus uerus: cum nonnunquam iunctæ esse possint illæ duæ quæstiones. an datum sit. an redditum. Sic autem corrigi potest ut sunt uerbum ac non negandi aduerbium ascribatur. hoc modo. Crediti & depositi duæ sunt quæstiones sed non nunquam iunctæ. Pecunia cuius auctor extat. Non particula sensui est necessaria: ut legatur

deinde coniuncto: quorum sunt sonus. clamor. gemitus. In sequenti latitatio. metus. similia. His accedunt signa de quibus tractatum est. Verba etiam & facta: quæque antecesserunt: quæque inserta sunt. Hæc aut nostra sunt: aut aliena. Sed uerba magis nocent aut minus. magis profunt nostra quam aliena. magis profunt & minus nocent aliena quam nostra. Facta autem interim magis profunt nostra: interim aliena: ut siquid quod pro nobis sit aduersarius fecit. Semper uero magis nocent nostra quam aliena. Est & illa in uerbis differentia: quæ aut aperta sunt aut dubia: seu nostra seu aliena sunt. Infirmitate in utroque sunt necesse dubia: tamen nostra sæpe nobis nocent: ut in illa controuersia. Interrogatus filius ubi esset pater: dixit ubicunque est uiuit. at ille in puteo mortuus est inuentus. Aliena quæ sunt dubia: nunquam possunt nocere: nisi aut incerto auctore aut mortuo. Nocte audita est uox caueto tyrannidam. & interrogatus cuius ueneno moriretur: respondit. non expedit tibi scire. Nam si est qui possit interrogari: soluet ambiguitatem. Cum autem dicta factaque nostratia defedi solo aio possint: aliena uarie refutantur. De uno quidem maxime genere controuersiarum locuti uidemur: & in omnes aliquid de his cadit. Nam depositi. furti. creditæ pecuniæ: & a facultatibus argumenta ueniunt. an fuerit quod deponeretur: & a personis. an illum deposuisse apud hunc: uel hunc credidisse credibile sit. an petitorum calumniari. an reum inficiatorem esse uel furem. Sed etiam in furti reo sicut in cædis: quæritur de facto & de auctore. Crediti & depositi duæ quæstiones: sed nunquam iunctæ. an datum sit. an redditum. Habent aliquid proprii adulterii causæ quod plerumque duorum discrimen est: & de utriusque uita dicendum. quæque & id quæritur an utrumque pariter defendi oporteat. Cuius rei consilium nascetur ex causa. Nam si adiuuabit pars altera: coniugam: si nocebit sepabo. Ne quis autem mihi putet temere excidisse: quod plerumque duorum crimen esse adulterium: non semper dixeri. Potest accusari sola mulier incerti adulterii. Munera domi inuenta sunt. pecunia: cuius auctor non extat. condicilli dubium ad quem scripti. In falso quoque ratio similis. Aut enim plures in culpam uocantur: aut unus. & scriptor quidem semper tueri signatorem necesse habet. signator scriptorem non semper. Nam & decipi potuit. Is autem qui hos adhibuisse: & cui id factum dicitur: & scriptorem & signatores defendet. Idem argumentorum loci in causis prodicionis & affectatæ tyrannidis. Verum illa scholarum consuetudo itur in forum potest nocere: quod omnia quæ in themate non sunt: pro nobis ducimus. Adulterium obiicis: quis testis: quis index: quod precium: quis conscius: Venenum ubi emi: a quo: quando: quanti: per quem dedi: Pro reo tyrannidis affectatæ: ubi sunt arma: quos contraxi satellites: Neque hæc nego esse dicenda & ipsis utendum pro parte suscepta. Nam & in foro aliquando aduersarius

Septimus

non extat. In falso quoque similis ratio est. Hoc est, in crimine falsi: quo accusari solent qui aut istrumēta corumpunt, aut iurati falso aliquid affirmāt uel negant. Quærendū tamen semper quid cuique cōnectat quid cuique cōsentiat. Sæpius iam dixi Quid cui cōgruat latine elegāterque dici, Quare hic quoque cui nō cuique legatur hoc modo, Quid cui connectatur.

Equit cōiecturā finitio. Definicionis quoque diuisionē ita describit Fabius, ut si mendæ absint: pceptu
s facillima uideat. Primū aut ostēdit quēadmodū cōiecturā sequit finitio. Deinde finitionis assignat de-

probare non poterit: desiderabo. Sed in foro tātum illam facultatem olim desiderauimus: ubi non fere cā agitur: ut non aliquid ex his aut plura ponantur. Huic simile est quod i epilogis quidam: quibus uolūt liberos, nutrices, pētes accōmodāt: nisi quæ magis concesseris ea quæ non sint posita desiderare: quæ dicere. De animo quo modo quæratu satis dictum est: cū ita diuiserimus, an uoluerit, an potuerit, an fecerit. Nā qua uia tractatur an uoluerit: eadē quo animo fecerit. Id enim est, an male facere uoluerit. Ordo quoque rerum aut affert: aut detrahit fidem, multo scilicet magis res prout congruūt: aut repugnant, sed hæc nisi in ipso complexu causarum nō deprehenduntur. Quærendum tamen semper quid cuique cōnectat: & quid cuique consentiat.

De finitione.

Equitur cōiecturam finitio. Nam qui non pōt dicere nihil fecisse: proximum habebit: ut dicat: nō id fecisse quod obiiciat. Itaque pluribus legibus idē quibus cōiectura uersat: defensionis tātū genere mutato: ut i furtis depositis adulteriis. Nam quēadmodum dicimus, non feci furtum, non accepi depositum, non commisi adulterium: ita non est hoc furtum, non est hæc mutuatio, non est hoc adulterium. Interim a qualitate ad finitionem descenditur: ut in actionibus demētia, malæ tractationis, reipu, læsæ. In quibus si recte facta eēt quæ obiiciuntur: dici non pōt: illud succurrit, non ē male tractare reipu, uerbis lædere. Finitio igitur est rei propositæ propria: & dilucida: & breuiter compressa uerbis enunciatio, cōstat maxime: sicut est dictum: genere, specie, differentibus, propriis: ut si finias equū (Noto enim maxime utar exemplo) Genus est animal, Species mortale, Differentia irrationabile. (Nam & homo mortale erat). Proprium hīniens. Hæc adhibetur orationi in pluribus causis: Nam tum est certum de nomine. Sed quæritur quæ res ei subiicienda sit. Tum res est manifesta: & quod nomine constat, de re dubium est. Interi cōiectura est: ut si quæratu quid sit deus: Nam quæ id neget deū esse spiritū omnibus partibus immixtū: nō hoc dicat falsam esse illius diuinæ naturæ appellationē: sicut Epicurus quæ-

finitionē. Tum diuisionē finitiuæ causæ subiūgit. Itaque pluribus legibus idē quibus cōiectura uersat defensionis tātum genere mutato. Sic quidē hactenus & a clarissimis p̄fessoribus lectū est: uerū ut mihi uidet nō sine flagitiis: quibus totus cōfunditur sensus. Ea uero mihi diligenter intuenti sic tolli posse uidetur, ut pro pluribus plerunque: ac iisdem non idem legatur hoc modo, Itaque plerūque legibus iisdem: quibus cōiectura uersat. Illud succurrit non est male tractare reipu, uerbis lædere. Sic quidē legitur: sed corrupte ut pleraque alia, exemplis enim exponit Fabius quo pacto a qualitate ad finitionem descendatur. Superiusque exposita reperit exēpla. Quare mihi tria hæc uerba uident ascribenda hoc dementē esse, ac ille ablatiuus nerbis ab aliquo iperitoque adiectus obliniēdus, ut legat. Non est hoc dementem esse, male tractare reipu, lædere. Sic enim singula singulis superius positis respōdebūt, hoc est demētia, male tractationi, læsæ reipu. Ex quo illud quoque apparet illum uerbis ablatiuum ab aliquo indocto quidem sed temerario fuisse adiectū: qui remp, ad illud male tractare non ad lædere putauit referēdam. Sunt autē themata declamatoria sane quūulgata. Dementiæ namque patres a filiis accusant, Male tractationis uiri ab uxoribus, læsæ reipu. Impatores a ciuibus. Finitio igitur rei propositæ propria & dilucida & breuiter compressa breuis enūciatio. Est uerbū mihi uidet ascribēdū & pro compressa cōprehēsa legēdū, hoc modo. Finitio igitur est. In pluribus causis In præpositio eradat: ut ppter plures causas itelligat. Tū res est manifesta & quod nomine constat, hic est distiguēdū. Adeo uero corruptus est hic locus ut uix possit emendari: nō quoniam sensus ex sequētibus saltē nō percipiat: sed quæ quibus uerbis sit explicanda.

us nō liquet. Idē namque sensus pluribus modis exprimi pōt, ut hic Nā tū sic explicare. Tū res est manifesta: sed quo nomine appellāda sit nō constat, tū sic. Sed de nomine nō constat, quod quidē mihi magis probat. Nā i definitione iterdū de nomine, iterdū de re quærit. Cū, n. constat de nomine: quæstio est de re: cū res est certa: quærit de nomine, est igitur bimēbris hæc diuisio. Quare loco illius copulæ & legat sed, loco illius quæ reponat de præpō, ac nō negatiua particula ascribat, hoc modo. Sed de nomine nō constat. De re dubiū, iteri cōiectura ē. Huic sē sui mihi aliqd deesse uidet: quo cōnecti possit. Neque, n. sunt plures sensus. Sic autē coniūgi potest: si cum aduerbium in principio ascribatur hoc

inō. Cū de re dubium est: interim coniectura est. Alterum namq; membrum assignatæ diuisionis exponitur. Nomine uterq; uno utitur. Sed particula ut ascribatur elegantia ratio exposcit. Quotiensenim ita unum negatur: ut aliud affirmetur: sed particula affirmationi solet apponi, ut non hoc dicit, falsum esse nomen: sed nomine uterq; uno utitur. Vt quid sit rhetoricæ uis persuadendi ac benedicendi scientia. An loco ac copulæ legendum esse ne admonitione quidem dignū est. Quamq; haud dissentire uix audeo a Cicerone. Haud negationem expungendam ac loco eius autem copulam reponendam facile sensus ipsæ declarat. Hoc uero in

Topicis Cicero præcipit his uerbis. Ad definitionē aut pertinet ratio ac scientia diuidendi. Atq; huic generi finitimum est illud quod appellari de eodem & altero diximus: quod genus forma quædā est definitiōis si enim quærat idemne pertinacia ac perseuerantia: definitionibus id est indicandum. Semper neganti aliquod esse nomen dicendum quid sit potius tamē eandem tris habeo uelut species. Cum sit initium parē theos hoc est interpositi sensus. n. coniunctio ascribenda uidetur hoc modo. Séper enim neganti aliquod esse nomen dicendū quid sit potius

Tamen eādē tris habeo uelut species. Hæc quidem oso ut cōgrua defendi non potest: nisi In præpositio: ut in eandem legatur: ascribatur. In omnibus huius generis litibus quæritur an etiam hoc. Recte in quibusdam exemplaribus autē particula est ascripta hoc modo. In omnibus autem huius generis litibus. Illo an proinde habenda sit hæc atq; illa. In præpositio sensui ne cessaria mihi uidetur ascribenda ac perinde legendum non proinde. hoc modo. In illo an perinde habēda sit hæc atq; illa. Syllogismus autem latine collectio ratiocinatioq; uocat.

Est & talis diuisionum diuersitas ut quidam sentiunt: num iisdē uerbis comprehendatur. Nisi corrigatur hic locus: quæ sequunt exempla: ne quaq; sensui conuenire uidebūt. Neque enim plures rhetoricæ definitiones iisdem assignatur uerbis. Quare aut diuersis aut certe uariis ablatiuum sentio ascribendum: ac idem pro iisdem legendum. Definitionum præterea loco diuisionum sensus exposcit: cum nō de diuisione: sed definitione tractet hoc modo. Est & talis definitionum diuersitas ut quidam sentiūt: num idem diuersis uerbis comprehendatur.

Atque prouidendum: ut si sensu non pugnat: comprehēsiōne dissentiant. Pugnāt ut sit uumeri pluralis legendum esse ne admonēdum quidem est. Sed aliud quoq; hic mihi sensus desiderare uidetur. An. n. particula loco ut & dissentiat recte

humanam ei formam locumq; inter mundos dedit: nomine uterq; uno utitur. utrū sit in re coniectat. Interim qualitas tractatur: ut quid sit rhetorice. Vis persuadendi. an benedicēdi scientia: quod genus est in iudiciis frequentissimū. sic enī quæritur. an deprehēsus in lupanari cū aliena uxore adulter sit: quia nō de appellatiōe: sed de uī facti eius ambigit. An oīno peccarit. Nā si peccauit nō pōt aliud eē q̄ adulter. Diuersū ē genus cū controuersia consistit in nomie: quod pendet e scripto: nec uersatur in iudiciis: nisi ppter uerba: quæ litem faciunt. An qui se interficit: homicida ē. An q̄ tyrannū in mortē compulit: tyrannicida. An carmina magorum ueneficium. Res enim manifesta est. Scitur quoq; nō idem esse occidere se: quod alium. Non idem occidere tyrannum: quod compellere ad mortem. Non idem carmina ac mortiferam potionem. Quæritur tamē an eodem nomine appellāda sint. q̄q; haud dissentire uix audeo a Cicerone: qui permultos secutus auctores dicit: finitionē esse de eodem: & de altero. Semper neganti aliquod esse nomē: dicendū quid sit potius. tamē in eādē tris habeo uelut species. Nam iteri conuenit sic quætere. An habendum sit adulterium in lupanari: cum hoc negamus non necesse est dicere quid id uocet: quia totum crimen inficiamur. Interim quæritur. an hoc furtum. an sacrilegium: non quin sufficiat non esse sacrilegiū: sed quia necesse sit dicere: quid sit aliud: quo in loco. utrunq; finiendum est. Interim quæritur in rebus specie diuersis: an & hoc eodē modo sit appellandum: cum res utraq; habeat suum nomen: ut amatorium. uenenū. In omnibus huius generis litibus quæritur. an etiam hoc: quia nomē de quo ambigitur utiq; i alia re certū ē. Sacrilegium est rem sacram de templo surripere: num & priuatam? Adulterium cum aliena uxore domi coire. an & in lupanari? Tyrannicidium occidere tyrannum. an etiam in mortem compellere? Ideoq; συλλογισµος de quo postea dicam uelut infirmior est finitio: quia i hac quæritur. an idem sit huius rei nomen: quod alterius. Illo an perinde habenda sit hæc atq; illa. Est & talis diuisionum diuersitas: ut quidam sentiunt. Num iisdem uerbis comprehendat ut rhetorice benedicendi scientia: & eadem bene inueniēdi: & bene enunciandi & dicendi secundum uirtutem oratiōis: & dicendi quid sit officii: atq; prouidendum ut si sensu nō pugnat comprehēsiōne dissentiant. Sed de his disputatur. nō

Septimus

legerentur hoc modo. Atque providendum an si sensu non pugnant: comprehensione dissentiant. Quid sit clarigatio. Clarigare est res raptas clara uoce repetere: ut ex his Plynii uerbis ubi de uerbena loquitur: a per te coligitur. Ac semper inquit ex legatis cum ad hostes clarigatumque mitteretur. i. res raptas clare repetitum: unus utique uerbenarius uocabatur. Seruius autem in Vergilium copiosius hoc idem exponit super illo uersu Prunio pugnae. Hoc de Romana inquit tractum est solennitate. Cum enim uolebant bellum indicere pater patratu: hoc est princeps feccialium profiscebatur ad hostium fines: & praefatus quaedam solennia clara uoce dice-

litigatur. Opus est aliquando finitione obscurioribus & ignotioribus uerbis. quod sit clarigatio. erat ut iterim notis nomine uerbis. Videbis quid sit penus. quod littus. quae uarietas efficit: ut ea quidam coniecturae. quidam qualitati. quidam legitimis quaestionibus subiecerint. Quibusdam ne placuit quidem omnino subtilis haec: & ad morem dialecticorum formata conclusio: ut in disputationibus potius per argumenta uerborum cauilatrix: quam in oratoris officio multum allatura momenti. Licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum: qui responsurus est uel carcere: uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis subtilitas. Presuadendum enim iudici est: qui etiam si uerbis deuictus est: tamen nisi ipsi rei accesserit tacitus dissentiet. Agenti uero quae tanta est huius praecise comprehensionis necessitas? An si non dixero homo est animal. rationale. mortale: non potero expositis tot corporis animique proprietatibus latius oratione ducta: uel a diis eum uel a mutis discernere? Quid? quod nec uno modo diffinitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioque tractatu: ut omnes oratores plerumque fecerunt. Rarissima enim apud eos reperietur illa ex consuetudine philosophorum ducta seruitus. Est. n. certa seruitus ad certa se uerba astrigendi: idque faciendum in libris Ciceronis de oratore uetat. M. Antiochus. Nam est etiam piculosum: cum si uno in uerbo sit erratum: tota causa cecidisse uideamur. Optimaque est illa uia: quam utitur Cicero pro Cecinna: ut res

bat se bellum indicere propter certas causas: aut quia socios laeserant: aut quia nec abrepta animalia nec captiuos reddiderant. Et haec clarigatio dicebatur a claritate uocis: postquam clarigationem hasta in eorum fines missa indicebat pugnae principium. Erat ut iterim notis nomine uerbis. Cur hic sensus perceptu est difficilis? Neque quia est corruptus. Emendatur autem si erit loco illius erat: ac & copula pro etiam loco ut reponatur. hoc modo. Erit & iterim notis nomine uerbis. Nam interdum opus est finitione etiam uerbis quo ad appellationem notis. quo ad significationem uero obscuris. qualia sunt quae subiiciuntur. Nam & penus & littus cum nomine nota sint: non paruam tamen circa res ipsas habent differentiam. Unde grammaticus ille apud Agellium in quarto ingenue profiteretur se ignorare penoris definitionem: cum uerbum ipsum sibi non ignotum esse contendat. Est autem penus quicquid in annum reponitur uictum. Unde penarium penus repositorium dicitur. Ulpianus de penu legata. Quod Mutius scribit libro secundo iurisciuilis penu legata contineri quae esui potuque sunt. Littus uero est: ut ait Celsus de uerborum significatione: quousque maximus hybernus fluctus a mari puenit. Idque M. Tullium cum arbiter esset primum constituisse ait. Quae

uarietas efficiat. Efficit ac eam pro ea legendum esse facile ex ipso percipitur sensu. Licet. n. ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus est uel carcere uel etiam inuitum id quod sit contra: cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis subtilitas. Inuitus quidem facio: saepius dicam: ut aliquid immutem. Sed ubi sensus laborat: acumenque ac elegantia Fabii periclitatur: ei quo quo modo succurrendum uidetur cum praesertim quidam ita inuertant ut & ipsi ridiculi sint: & Fabii dicta obscuriora fiant. Sic enim in quibusdam legitur exemplaribus. licet enim ualeat in sermone tantum: ut constrictum in uinculis suis habeat eum qui responsurus sit uel crucem uel etiam uncum id quod sit contra cogat fateri: non eadem tamen est eius in causis utilitas. Quid. n. ad hunc sensum crux & uncus? Mihi certe & risum & stomachum mouent. In huius uero loci emendationem primum & copula est ascribenda & duo illa uerba Carcere & subtilitas etiam refragantibus exemplaribus: mihi uidentur immutanda non quidem indiffimilia sed simillima uerba. Pro carcere nanque tacere infinitum: & utilitas non subtilitas a sensus integritate exiguntur. hoc modo. Et uel tacere uel etiam inuitum id quod sit contra cogat fateri: non eadem est tamen eius in causis utilitas. Qui etiam si uerbis deuictus est. n. littera ascripta deuictus pulcherrime sensum custodit. Dialectica nanque acumina colligare ac deuincire disputantes uidentur. Quid? quod nec uno modo diffinitur res eadem: ut facit Cicero. Quid enim uulgo uniuersos latiore uarioque tractatu: ut omnes oratores plerumque fecerunt. Quid mihi hoc loco sit faciendum ignoro. Nam ut aliquis inde sensus eliciatur aut adicienda quaedam

aut saltem quatuor hæc uerba. Quid enim uulgo uniuersos expungenda uidentur. Sed cum facilius sit quæ
 supuacua apparent expungere quæ sint ascribenda diuinare: eadem quatuor uerba trāuerso calamo allinane
 atq; se copula interim ascribatur ac tria illa uerba ut facit Cicero, post illum ablatiuum tractatu transcribanē
 dū emendatius aliquod exēplar inueniatur, hoc modo. Quid: quod non uno modo definitur res eadē se la
 tiore uarioq; tractatu ut facit Cicero, ut oēs oratores plerūq; fecerūt. Etenim recuperatoris nō ea sola uis est
 Imperiti alicuius temeritate factū est: ut recuperatores in recuperatoris genitiuū imutet: cū esse casum uocā
 di ex orōne Ciceronis p. A. Cecina
 apte colligat. Sunt autē recuperatores
 iudices regē: quibus iniuria q̄s priua
 tus fuerat: recuperādaq;. Is ei p̄se
 cto mortē attulit. Hoc idē & iuriscō
 sulti decernūt. Iulianus ad legē Ag
 liā. Occidisse dicit uulgo quidē: qui
 mortis causā quolibet modo præ
 buit. Sed lege Aglia is demū teneri
 uisus est: qui adhibita ui & q̄si ma
 nu cām mortis præbuisse tracta ui
 delictet iterptatiōe uocis a cædendo
 uel a cæde. Ulpianus ad legē Corne
 liā de sicariis. Nihil iterest occidat
 q̄s an eām mortis præbeat. Et in
 hoc fere maior labor est ut finitio
 nē cōfirmes: q̄ in rē finitionē appli
 ces, ut p̄tula eleganter huic aduer
 bio q̄ subiicitur: cum non ad nomē
 sed ad uerbum refert. Quare hoc
 loco quoque & Fabii elegantia: ut
 particulam exposcit: & ita in qui
 busdam legitur exemplaribus. q̄ ut
 in rem finitionem applices. An
 in foro prouidendum, ut loco an
 particulæ ut legatur: sensus exposcit
 hoc modo. At in foro. Quod au
 tem commune cum alio est: desi
 net esse proprium. De parum plena
 definitione hoc dicitur: Nisi enim
 sit propria definitio rei definitæ pa
 rum plena est atque impesecta: ne
 que cum re definita cōuerti potest.
 id quod in primis exigitur in defi
 nitione. Accusator autem potest
 dicere falsam rei. Nisi non aduerbi
 um ascribatur: ratio quæ subiicit:
 repugnare propositioni uidebitur
 Est enim sacrilegium sine contro
 uersia surripere aliquid sacri, utrū
 autem sit sacrilegium de sacro res
 priuatas subripere. Seuerus & An
 toninus Impatores: ut scribit Mar
 tianus ad legem Iuliam peculatus
 missa ad Casium Festum epistola:
 declararunt. Res inquit priuato
 rum si in ædem sacram depositæ:
 subreptæ fuerint: furti actionem
 non sacrilegii esse decernimus. Pau
 lus quoque ad eadem Iuliam legē
 Sunt autem inquit sacrilegi: qui pu
 blica sacra compilarint. At qui pri
 uata sacra uel ædículas incustoditas temptauerint: amplius q̄ fures: minus q̄ sacrilegi puniri merētur.
 Quare quod sacrum: quodue admissum in sacrilegii crimen cadat: diligenter considerandum uideatur.

proponatur. uerba non periclitentur. Etenim recuperatores
 non ea sola uis est: quæ ad corpus nostrū uitāq; peruenit: sed
 etiam multo maior ea: quæ periculo mortis iniecto: formidi
 ne animum p̄teritū loco sæpe & cæto statu demouet. Aut
 cū finitionē præcedit p̄batio: ut in philippicis Cicero Serui
 um Sulpitiū occisū ab Antonio colligit. & in clausula demū
 ita finit. Is ei profecto mortē attulit: q̄ cām mortis fuit. Nō ne
 gaueri tamen hæc quoq; ut expedit causæ: esse facienda. Et
 si quando firma cōprehendi poterit: & breui cōplexu uerbo
 rum finitio eē id tū elegās: tum etiam fortissimum: si mō erit
 illa inexpugnabilis. Eius certus ordo est qd sit. an hoc sit: & i
 hoc fere labor maior est: ut finitionē cōfirmes: q̄ in rem fini
 tionem applices. In eo qd sit duplex opus. Nā & ē nostra cō
 firmanda & aduersæ p̄tis destruenda finitio. Ideoq; in schola
 ubi nobis ipsis fingius cōtradictionē: duos pōere debemus fi
 nes: quales utrinq; eē optimi poterūt. At in foro prouidēdū:
 nū forte superuacua: & nihil ad causā pertinēs: an ambigua.
 an contraria. an communis sit finitio: quoq; nihil accidere: ni
 si agentis culpa pōt. Ut recte autem finiamus: ita fiet si prius
 i aīo cōstituerimus: quid uelimus efficere. Sic. n. accōmodari
 ad uolūtātē uerba poterūt. atq; ut a notissimo exēplo: quo sit
 res lucidior: non recedamus. Qui priuatā pecuniā de tēplo
 surripit: sacrilegii reus est. culpa manifesta. Quæstio est an
 huic crimini nomen quod est i lege cōueniat. Ergo ambigit
 an hoc sacrilegium sit. Accusator quia de templo sit surrepta
 pecunia: utitur hoc nomine. Reus quia priuatā surripuerit:
 negat esse sacrilegiū: sed furtū fatef. Actor ergo ita finiet: Sa
 crilegium ē surripere aliquid de sacro. Reus ita finiet: Sacri
 legium est surripere aliquid sacri. Vterq; alterius finitionem
 impugnat. Ea duobus generibus euertitur: si aut falsa est: aut
 parū plena. Nā illud tertiū nisi stultis non accidit: ut nihil ad
 questionem pertineat. Falsa est si dicas. Equus ē aīal rationa
 le: nam est equus aīal: sed irrationale. Quod aut cōe cū alio
 ē desinet esse propriū. Hic reus falsā dicit eē finitionē accusa
 toris. Accusator aut pōt dicere falsā rei. Nā ē sacrilegiū surri
 pere aliqd sacri. dicit parū plenam. Adiciendum enim ait ex
 sacro. Maximus autē usus i approbādo refellēdoq; sine p̄pri
 orū ac differētū. nōnunq; etiā etymologia. Quæ tamē oīa

Septimus

Quid enim est aliud tumultus. Ex octava Ciceronis Philippica sumptū est etymologiae exemplū. Quae finitio etiam si distat aliquo. Ita quidem legitur: sed citra ullum sensum Fabio dignū. Quare duo uerba mihi uidentur corrigenda: ut pro illo distat constat: & pro aliquo legal aequo. hoc modo. Quae finitio etiam si constat aequo. Sic enim & perspicuus & iis quae sequuntur: maxime conueniens erit sensus. Dicit enim aduersarius seruire eum seruitutem: aut eo iure quo seruum uideamus. Distinctio minus scite apposita totū perturbat hunc sensum. uideamus enim ad sequentis sensus initium est reiciendum. hoc modo. uideamus ergo p/

sicut in cæteris confirmat æquitas: nonnunq̄ etiā coniectura mentis. Etymologia maxime rara est. Quid. n. est aliud tumultus nisi perturbatio tāta: ut maior timor oriat̄? Vnde etiā nomen ductum est tumultus. Circa ppria ac differentia magna subtilitas: ut cū quærit̄. an addictus quē lex seruire donec soluerit iubet: seruus sit. Altera ps finit ita. Seruus est q̄ iure i seruitute. Altera: q̄ in seruitute ē eo iure quo seruus: aut ut antiq̄ dixerūt: q̄ seruitutem seruit. Quae finitio etiam si distat aliquo: nisi tamen propriis & differentibus adiuuet̄: inanis est. Dicit enim aduersarius seruire eū seruitutē: aut eo iure quo seruū: uideamus. Ergo propria differentiaq̄ liberorū: quae libro q̄nto leuiter i trāsitu attigerā. Seruus cū manumittitur fit libertinus. addictus recepta libertate ē ingenuus. Seruus iuito domino nō cōsequet̄. ad seruū nulla lex p̄tinet. addictus legem habet. ppria liberi: quae nemo habet nisi liber: prænomen. nomen. cognomen. tribū. habet hæc addictus. Excusso qd sit prope peracta est quæstio: an hoc sit. Id enim agimus: ut sit causæ nostræ conueniens finitio potentissima. Est autem in ea q̄litas. an amor. an infania. Huc pertinebunt probationes quas Cicero dicit pprias eē finitiōes ex antecedentibus. consequētibus. adiūctis. repugnantibus. causis. effectis. similibus: de quorū argumentorū natura dictū ē. Breuiter autem pro Cecina Cicero initia. cās. effecta. antecedētia. consequentia complexus est. Quid igit̄ fugiebant? Quid metuebant? uī uidelicet. Potestis igit̄ p̄cipia negare: cū extrema concedatis? Sed similitudine quoq̄ usus ē. Quae uis i bello appellat̄: ea in loco non appellabit̄. Sed ex cōtrario argumenta ducunt̄: ut si quærat̄. an amatorium uenenum sit: nec ne: quia uenenū amatorium non sit. Illud alterum genus quo sit manifestius adolecētibus meis (Meos enim semper adolecentes putabo) hic quoq̄ fictæ controuersia utar exēplo. Iuuenes q̄ conuiuere solebant cōstituerunt: ut in littore cœnarent. Vnius q̄ cœnæ defuerat nomē tumulo: quē extruxerant: inscripserūt. Pater eius a trāsmarina peregrinatione: cum ad littus idem appulisset: lecto nomine suspendit se. Dicuntur hi causa mortis fuisse. Hic finitio est accusatoris. Per quē factū ē: ut q̄s perierit: causa mortis est. Rei ē. Qui fecit

ppria differentiaq̄ liberorum. Seruus inuito domino non consequetur. Et sensus libertatem ascribi potest: & ita in quibusdam legitur exemplaribus. Seruus inuito domino libertatē non cōsequet̄. Sed mihi aliter sensus maxime necessarius i oībus exemplaribus quae quidē ego legerim: prætermittitur: hic deesse uideatur. Cum. n. Fabius differentia iter addictum & seruum exponat: si seruus inuito domino non potest consequi libertatem: Addictus sane etiā inuito domino eam consequet̄ soluendo. Hoc autem uerbum consequetur repetitū in erroris causa fuisse uidetur. Ita nāq̄ a Fabio scriptū forsitan fuit. Seruus iuito domino libertatem non consequetur. Addictus soluendo citra uoluntatem domini consequetur. Propria liberi quae nemo habet nisi liber. Propriorum nominum apud Romanos: ut cum alii tum Diomedes grāmaticus scribit: quatuor sunt species. prænomen. nomen. cognomen. & agnomen. Prænomen est quod nominibus gentilicis præponitur ut est Marcus. Publius. Nomen ppriū est gentilium id est quod gētem uel familiam declarat ut Porcius. Cornelius. Cognomen est quod unius cuiusq̄ proprium & nominibus gentilicis subiungitur ut Cato Scipio. Agnomen est quod extrinsecus adiuici solet ex aliqua ratione: ut Africanus Numantinus. Sed pro agnomen cognomen usurpat̄. ut Scipio cui Africanus fuit cognomen. Quae uero nunc cognomina sunt: auctore. Q. Scauola ut scribit Iulius Paris: olim prænomen fuerunt.

Excuso quid sit. Excusso duplicato. si scribendū est: ne uideatur esse uerbum: cum sit participium. Id enim agimus ut sit causæ nostræ conueniens finitio potentissima. Male adhibita distinctio hic quoq̄ cōfunditur sensus. Potentissima enim sequentis sensus est initiū hoc modo. Potentissima est autem in ea qualitas. Quas Cicero dicit pro

prias esse finitiones. Finitionis ut genitiuus sit legendum esse ne admonitione quidem dignum esse uidetur.

Quid igitur fugiebant? quid metuebant? Duo hic uerba ascribenda esse & ex oratione Ciceronis percipitur: & ita in quibusdam exemplaribus legitur. Quid igitur fugiebant? propter metum. Quae uis

in bello appellatur ea in loco non appellabitur? Pro loco otio mihi legendum uidetur: atque ita Ciceronem scriptum reliquisse puto.

Remota finitione accusatoris: sat est dicere. Accusatori littera. s. era/ sa legatur. Ut si quis profectioem sualerit: ut ad amicū accesserit trans mare. A uocali ascripta aut loco illius ut mihi legēdum uidetur. Nam & is qui sualit pfectionem: & amicus ad quē quis trans mare accessit: causa mortis uideri possunt: cū tamen nequaquā sint. Tamē quia definitione non ambigitur. iudicatio est qualitas. De finitione diuissim legendum est: ut sint duæ partes.

Ad eius forte quidem uenimus mentionem. Loco eius legendū est cuius & quadam pro illo quidem hoc modo. Ad cuius forte quadam uenimus mentionem.

St autē qualitas alia de summo genere: atque ea quidē nō simplex. Qualitatem Fabius ita uult summum esse genus: ut etiā quantitatem complectatur id quod exemplis quæ inferuntur aperte declaratur. Primum autem ostendit quod late pateat qualitas. Ita nanque tria causarum genera complectitur: ut deliberatiuæ demonstratiuæque causæ hoc potissimum statu contineantur: magnæque pars iudicialium in hoc uerferetur. Deinde qualitatis ipsius diuisionem diligentissime ut omnia exponit. An humana specie deus. Epicurus hanc inuexit quæstionem. Deum enim humana facie formaque præditum esse censuit: eique ut paulo ante uidimus: locum inter mundos assignauit. Quantus sol. Geometrica ratione colligunt astrologi solem multo quæ terra esse maiorem. Et an unus mundus. Et copula ut redundans expungenda uidetur. Democritus autem physicus infinitos esse mundos professus est. Partē hanc uocāt Hermagorei κατὰ διὰ νοικῶν ad intellectum id nomen referentes. Qui κατὰ διὰ νοικῶν putant scribendum: non recte intellectum accipiunt. Nam intellectus nō solum pro parte illa animæ principali ponit: sed pro significatiōe quoque frequentissime accipit: ut hoc loco: Quare ii mihi maxime pbant: qui κατὰ τὴν τὴν διὰ νοικῶν esse scribēdū sētūnt

quid sciens per quod perire homini necesse est. Remota finitione accusatori sat est dicere. Causa mortis fuistis. Per uos enim actum est: ut hō periret: quia nisi uos illud fecissetis uiueret. Cōtra. nō statim per quē factum est: ut quis periret: is dānari debet: ut accusator. testis. iudex rei capitalis. Nec undecūque causa fluxit: ibi culpa est: ut si quis profectioem sualerit: ut ad amicum accesserit trans mare: & is naufragio perierit. Ad cenam inuitarit: & is cruditate illic contracta decesserit. Nec fuerit in cā mortis solum adolescētium factū: sed credulitas senis. in dolore ferundo infirmitas. denique si fortior fuisset: aut prudentior: uiueret. Nec mala mente fecerūt. & ille potuit uel ex loco tumultum: uel ex opere tumultuario suspicari non esse monumentum. Qui ergo puniri debent in quibus omnia sunt homicidæ præter manum: Est interim certa finitio de qua inter utraq; partem conuenit: ut Cicero dicit. Maiestas est in imperio atque in omni potestate. Quæritur tamē an maiestas minuta sit: ut in causa Cornelii quæsitū est: sed hic etiam similis uideri potest finitiuæ: tamen quia definitione nō ambigitur: iudicatio est qualitas atque ad eū potius statum reducenda Ad cuius forte quidē uenimus mentionem: sed & erat ordine proximus locus.

De qualitate.

St autem qualitas alia de summo genere: atque ea quidē non simplex. Nā & qualis sit cuiusque rei natura: & quæ forma quæritur. an immortalis anima. an humana specie deus: & de magnitudie ac numero quātus sol: & an unus mundus: quæ omnia coniectura quidem colliguntur. quæstionē tamen habent in eo: qualia sint. Hæc & in suasoriis aliquando tractari solent: ut si Cæsar deliberet an britanniam impugnet: quæ sit oceani natura. an britannia insula. Nā tū ignoratur. quanta in ea terra. quo numero militum aggredientis: in consilium ferendum sit. Eidem qualitati succedunt facienda ac non facienda. appetenda. uitanda: quæ in suasorias quidem maxime cadunt: sed in controuersis quoque sunt frequentia: hac sola differentia: quia illic de futuris. hic de factis agitur. Item demonstratiuæ partis omnia sunt in hoc statu factum esse constat. quale sit factū quæritur. Lis est omnis aut de præmio: aut de pœna: aut de quātitate. Igitur primum genus causæ aut simplex: aut comparatiuum. Illic quid æquū: hic quid æquius: aut quid æquissimū sit excutitur. Cum de pœna iudicium est: a parte eius qui causam dicit: aut defensio est criminis: aut imminutio: aut excusatio: aut ut quidam putant deprecatio. Defensio longe potentissima est: qua ipsum factum: quod obiicitur: dicimus honestum esse. Abdicat aliquis quod iuito patre militarit. honores petierit. uxorē duxerit. tuemur quod fecimus. Partē hanc uocāt hermagorei κατὰ τὴν τὴν διὰ νοικῶν ad intellectū id nomē referētes. latine ad uerbū trāslatā

Septimus

Nam ἀντιλήψις ad uerbum latine exprimi non potest. Transferretur autem susceptio contra aliquem. Nā ἀντι cōtra siue pro significat. λήψις susceptio dicitur. hoc enim statu id quod nobis obiicitur: ita suscipimus ut iustum ostendamus nullo extrinsecus assumpto remedio. Ideoque a latinis absoluta appellatur. Sola uero omnium statuum qualitas in uarias species separatur. Nam neque coniectura neque finitio species habet: sed modis quibusdam distinguuntur. Natura quod sit secundum eiusque rei dignitatem. Cuiusque legendum esse patet. Adiciunt & id quod sit peruersum. Quo modo peruersum iis quæ natura sunt iusta: adici possit: uiderint ii qui nihil in istis exemplaribus peride atque ipsorum auctorum manu scriptis: imutandum putant. Ego uero ab instituto non recedens hunc quoque sensum citra omnem dubitationem corruptum: non sine diuturna cogitatione me emendasse credo. Non enim peruersum: quis in omnibus quæ quidem ego uiderim: exemplaribus ita legat. Sed par uerum legendum esse proculdubio affirmarim. Sed ita ut uerum sequeris sensus initium sit hoc modo. Adiciant & id quod sit par. uerum id non temere intuendum est. Sic autem legendum esse & sequentia facile indicant: & ex secundo Ciceronis rhetorico aperte colligit: ubi iuris partes itidem enumerant. Quædam autem inquit genera iuris iam certa consuetudine facta sunt. Quod genus pactum. par. iudicatum. Pactum est quod iter aliquos conuenit: quod iam ita iustum putatur: ut iure præstari dicatur. Par quod in omni re æquabile est. temere autem hoc loco se re significat. Id uocant κατὰ τὴν τῆς σίγῃ. latine hoc quoque non ad uerbum transferunt. Latini legendum est. Ad uerbum autem transferretur secundum oppositionem. Nam ἀντιλήψις oppositio dicitur. His enim quæ per se sunt improabilia: alia extrinsecus opponuntur: quibus probabilia efficiuntur. ἀντεγκλήμα dicitur. A quibusdam recriminatio commode transfertur. Ab aliis relatio criminis. a quibusdam translatio appellatur. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori est contraria. Est uerbum iterato positum eradatur ne sensum confundat. Eam uero greci ἀντιτίθεσιν. latini comparisonem uocant. Sed in aliqua utilitate aut reip. In præpositio est expugnanda ac loco eius aut nihil: aut certe ex præpositio ascribenda uideetur. hoc modo. Aut ex aliqua. Quod sub extraneo ac

non iuuenio. absoluta appellatur. Sed. n. de re sola quaestio. iusta sit ea nec ne. Iustum omne continetur natura uel constitutione. Natura quod sit secundum cuiusque rei dignitatem. Hic sunt pietas. fides. continentia: & talia. Adiciunt & id quod sit peruersum: id non temere intuendum est. Nam & uis contra uim & talia nihil habet aduersum eum: qui prior fecit iniuste. & non quoniam res pares sunt: etiam id est iustum: quod antecessit. Illa utrinque iusta. eadem lex. eadem conditio: ac forsitan nec sint quidem paria: quæ ulla parte sunt dissimilia. Constitutio est in lege. more. iudicato. pacto. Alterum est defensionis genus: in quo factum per se improbabile assumptis extrinsecus auxiliis tuemur: id uocant κατὰ τὴν τῆς σίγῃ. latine hoc quoque non ad uerbum transferunt. Assumptiua enim dicitur causa. In quo genere fortissimum est: si crimen causa facti tuemur: qualis est defensio Horestis. oratio Milonis ἀντεγκλήμα dicitur: quia omnis nostra defensio constat eius accusatione: qui uindicat. occisus est: sed latro. excæcatus: sed raptor. Est & illa ex causis facti ducta defensio priori contraria: in qua neque factum ipsum per se: ut in absoluta quaestione defenditur: neque ex contrario factum: sed in aliqua utilitate aut reipublicæ: aut hominum multorum: aut etiam ipsius aduersarii: nonnunquam & nostra: si modo id erit quod facere nostra causa fas sit: quod sub extraneo accusatore & legibus agente prodesse nunquam potest: in domesticis disceptationibus potest. Nā & filiis pater in iudicio abdicationis. & maritus uxori: si malæ tractationis accusabitur: filio si dementia causa erit: non inuerecunde dicet multum sua interfuisse: in quo tamem incommoda uitantis melior: quam comoda petentis est causa: quibus similia etiam in uera rerum quaestione tractant. Nam quæ in scholis abdicatorum: hæc in foro ex hæredatorum a patribus: & bona apud consules repetentium ratio est. quæ illic malæ tractationis: hic rei uxoriæ: cum quaeritur utrius culpa diuortium factum sit. quæ illic dementia. hic petendi curatoris. subiacet utilitati etiam illa defensio: si peius aliquid futurum fuit. Nā in comparatione malorum boni locum obtinet

accusatore & legibus agente prodesse nunquam potest. Alii extrarium legunt. Extrarius autem accusator qui sit multi quaerunt. Eum ego extrarium accusatorem dici puto: qui non sit familiaris ac domesticus. Id quod aperte quæ inferuntur declarant. Filio si dementia causa erit. Hic sensus mihi uideetur deprauatus. Nā ut statim subiicit Fabius: Patres in scholis interdum a filiis dementiae accusari fingebant. Quo igitur modo pater filio dicet sua interfuisse dementiae se fuisse? Quia propter ego puto patris ascribendum & pro filio filius legendum hoc modo Filius patris si dementiae causa erit. Et bona apud consules repetentium ratio est. Qui non uidet repetentium non repetentium legendum esse: utilius grammaticæ quam rhetoricæ studeret. Hic rei uxoriæ cum quaeritur utrius culpa diuortium factum sit. Rei uxoriæ iudicium est: ut inquit Boetius in topica Ciceronis: quotiens post diuortium de dote contentio est.

Vt si Marius foedus Numantinum sic defendat. Mancinus in causa foederis numantini non Marius fuit. Recte igitur Mancinus legat. Hæc autem historia notior est quam ut hoc loco sit enarranda.

Hoc μετασσειν dicunt. Hæc latine tum relatio criminis, tum trãslatio, tum remotio appellat. Vt si quis seruo fugituo stigmata scripserit, Stigmata dicuntur notæ ac signa & characteres: quæ non solum seruis fugitiuis sed equis etiam inuruntur ut dignoscant. Eo quoque ingenuo iudicato neget scisse se liberum eum fecisse. Non quoque sed que copulam exposcit sensus. Sicque in altis legitur exemplaribus Eoque ingenuo iudicato neget scisse se liberum eum fecisse. Vt cum miles ad comæatus diem non affuit dicit se fluminibus interclusum aut ualitudine. Dicat non dicit legendum est. Qui miles autem ad diem comæatus non ueniat: inquit Modestinus iurisconsultus: perinde in eum statuendum est: ac si emanisset uel deseruisset.

Nam & ποιότητα & ποσότητα dicunt, hoc est, & qualitatem & quantitatem uocant. Si exheredatum a se filium pater testatus fuerit elogio. Elogium est testificatio de aliquo siue ignominie siue honoris causa. Ignominie ut hoc loco. Honoris ut, M. Tullius, Quid elogia sepulchrorum? Sed etiam in formulis cum pœnarie sint actionis. Sunt & actiones mihi legendum uidentur hoc modo: cum pœnarie sunt actiones. Formulæ autem sunt: quæ modo libelli modo querelæ a uulgo dicuntur, unde formularii harum conscriptores appellantur. An commissa sit pœna. Frequentissimus est apud iurisconsultos hic loquedi modus. Est autem committere pœnam incidere in pœnam legibus statutâ.

leuius: ut si Mancinus foedus numantinum sic defendat: quod piturus nisi id factum esset: fuerit exercitus romanus. Hoc genus αὐτῆς οἰοῦσιν græce nominat. comparatiuum nostri uocant. Hæc circa defensionem facti: quæ si neque per se ipsa: neque adhibitis aliis auxiliis dabit: proximum est in alium transfere crimen: si possumus. Ideoque etiam in hos qui iam scripti sunt status: uisa est cadere trãslatio. Interdum ergo culpa in hominem relegat: ut si Gracchus reus foederis numantini: cuius metu leges populares tulisse in tribunatu uidet: missum se ab imperatore suo diceret. Interim deriuat in rem: ut si is qui testamento quod iussus non fecerit: dicat per leges id fieri non potuisse, hoc μετασσειν dicunt. Exclusis quoque his excusatio superest, ea est aut ignorantia: ut si quis fugituo stigmata scripserit: eoque ingenuo iudicato: neget scisse se liberum eum fecisse: aut necessitatis: ut cum miles ad comæatus diem non affuit: dicit se fluminibus interclusum: aut ualitudine. fortuna quoque sæpe substituit culpam, nonnunquam malefecisse nos: sed bono animo dicimus. Vtriusque rei multa & manifesta exempla sunt. Idcirco non est eorum necessaria expositio. Si omnia quæ supra scripta sunt deerunt: uidentum an minui culpa possit, hic est ille qui a quibusdam dicit fieri status quantitatatis. Sed ea cum sit aut pœnæ aut honoris: ex qualitate facti constituit. Eoque nobis sub hoc esse statu uidet: sicut eius quoque quæ ad numerum refertur a græcis. Nam & ποιότητα & ποσότητα dicunt, nos utrumque eadem appellatione complectimur. Ultima est deprecatio: quod genus causam plerique negarunt in iudicium unquam uenire: quoniam Cicero quoque pro Quinto Ligario idem testari uidet cum dicit. Causas Cæsar egi multas: & quidem tecum: dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Certe nunquam hoc modo, ignoscite iudices, errauit, lapsus est, non putauit: si unquam post hæc & cætera. In senatu uero & apud populum: & apud principem: & ubicumque iuris clementia est: habet locum deprecatio: in qua plurimum ualent ex ipso qui reus est: hæc tria in uita præcedere, si innocens, si bene meritus, si spes in futurum innocenter uicturi: & in aliquo usu futuro. Præterea si uel aliis incommodis, uel præsentis periculo, uel pœnitentia uideatur satis pœnarum dedisse, extra nobilitas, dignitas, propinquitas, amici. In eorum tamen qui cognoscit plurimum ponendum, si laus eum misericordis potius quam reprehensio dissoluti consecutura est. Verum & in iudiciis etiam si non toto genere causam: tamen ex parte magna hic locus sæpe tractatur. Nam & diuisio frequens est: etiam si fecisset: ignoscendum fuisse. Idque in causis dubiis sæpe præualuit, & epilogi omnes in eadem fere materia uersari solent. Sed nonnunquam etiam reus hic totius summam constituit, si exheredatum a se filium prætestatus fuerit elogio: propterea quod is meretricem amauerit. Nam omnis hic quaestio, an huic delicto præ debuerit ignoscere: & ceterum uiri tribuere debeant ueniam: sed et in formulis cum pœnarie sint actionis. Nos ita committimus, an commissa sit pœna, an exigi debeat. Id autem quod illi uiderunt uerum est: reum a iudicibus hoc defensionis modo liberari non posse. De premiis autem quaeruntur duo: an ullo sit dignus qui petit, an tanto, ex duobus uter dignior, ex pluribus

Septimus

frequentius pertinet. Sed inter illos locus quoque priuatus an publicus. sacer an profanus. noster an alienus. Vt in persona magistratus. pater. peregrinus. Hinc enim quæstiones oriuntur. Priuatam pecuniam sustulit: uerum quia de templo non furtum: sed sacri legum est. Occidisti adulterum quod lex permittit: sed quia in lupanari caedes est. iniuriam fecisti: sed quia magistratus: maiestatis actio est. uel contra licuit. quia pater eras. quia magistratus. Sed circa facti controuersiam argumenta præstant. circa iuris lites: materiam questionum. Ad qualitatem quoque frequenter pertinet locus. Neque enim idem ubique aut licet aut decorum est. Quin etiam in qua ciuitate quicque quærat interest. Moribus enim & legibus distant. Ad commendationem quoque & inuidiam ualet. Nam & Ajax apud Ouidium iquit. Ante rates agimus causam & mecum confertur Ulysses. & Miloni inter cætera obiectum est: quod Clodius in monumentis ab eo maiorum suorum esset occisus. Ad suadendi momenta idem ualet: sicut tempus: cuius tractatum subiungam. Eius autem: ut alio loco iam dixi: duplex significatio est. Generaliter enim & specialiter accipitur. prius illud est. Nunc. Olim. Tunc. sub Alexandro. cum apud Ilion pugnatum est. denique præteritum. instans. futurum. Hoc sequens habet & constituta discrimina. æstate. hyeme. noctu. iter diu. & fortuna. in pestilentia. in bello. in conuiuio. Latinorum quidam satis significari putauerunt: si illud generale tempus. hoc speciale tempora uocaret. Quorum utrorumque ratio & in consiliis quidem: & in illo demonstratiuo genere uersatur. sed in iudiciis frequentissima est. Nam & iuris quæstiones facit: & qualitatem distinguit: & ad coniecturam plurimum confert. Vt cum interim probationes in expugnabiles afferat. quales sunt: si dicat: ut supra posui: Signator: quod ante diem tabularum decessit. an commisisse aliquid: uel cum infans esset: uel cum adhuc omnino natus non esset. Præter id quod omnia facile argumenta: aut ex iis quæ ante rem facta sunt. aut ex coniecturis rei. aut consequentibus ducuntur. Ex antecedentibus. Morteminiatus est. noctu existi. proficiscere antececessisti. Causæ quoque factorum præteriti sunt temporis. Sed tempus subtilius quodam quod necesse erat diserte: ut esset iuncti. solum auditus est. adherentis. clamor sublatus

in tria genera. publicum. commune. singulare. Publicum est: quod ciuitas uniuersa aliquando de causa frequenter. ut ludii. dies festi. bellum. Commune quod accidit omnibus eodem tempore. ut messis. uindemia. calor. frigus. Singulare autem est quod aliquando de causa priuati solet alicui accidere: ut nuptiæ. sacrificium. funus. conuiuium. sonus. Si dicat: ut supra quoque posui: Signator quod ante diem tabularum decessit: an commisisse aliquid. Hic quoque locus accurata emendatione idigere uidetur: quæ sic adhiberi potest: si in particula expuncta aut disiunctio reponatur: hoc modo. Signator quod ante diem tabularum decessit. aut commisi-

sesus. Redundaret. non locus. Quare illa particula iterum erasa in præpositio uideatur ascribenda & loco fortasse ista. s. erasa legendum est. hoc modo. Sed iterum in loco quoque: ut uerbum illud spectat: hic quoque intelligat. Sic autem esse legendum etiam quæ sequuntur ostendunt. ut in persona pater. magistratus. peregrinus. Sed circa facti controuersiam argumenta præstant. Hoc est in coniecturali statu in quo factum negatur. In iuris autem litibus de facto constat ac de iure duntaxat quæritur. Et Miloni inter cætera obiectum est quod Clodius. Hoc apte ex Ciceronis oratione pro Milone colligitur. Aut eo igitur mors atrocior erit. P. Clodii quod is in monumentis maiorum suorum sit interfectus. Hoc. non. sæpe ab istis dicitur. Peride quod si Appius ille Cæcus uiam munierit: non quod populus uteret: sed ubi ipse sui posterum latrocinentem? Itaque in eadem ista Appia uia cum ornatissimum equum Romanum. M. Papyrium occidisset non fuit istud facinus puniendum? Homo. non. nobilis in suis monumentis equum Romanum occiderat. Nunc eiusdem Appianum nomen quæntas tragedias excitat: quæ cruentata antea caede honestat: quæ in occisus uiri silebat: eadem nunc crebro usurpat: posteaque latronis & paricidae sanguine ibuta est. Hoc sequens habet & constituta discrimina. æstate. hyeme. noctu. iter diu. & fortuna. in pestilentia. Sic quod legimus in omnibus quod mihi uidere conuenit exemplaribus. Sed quod sibi hoc loco fortuna uelit: non uideo: nisi quod & sensui & uerbis contextui ita repugnat: ut alter minus precipiat alter incongruus fiat. neque. non. ullum est uerbum ad quod referri possit. Quoniam igitur pacto emendabitur hic locus: Nepe fortuna est forsitan eradenda: ac eius loco fortuita scilicet reponenda. opposita namque sunt fortuita & constituta. Hoc uero tempus: quod spatiale a quibusdam uocari Fabius ait: occasione Cicero appellat: quæ & ita definit. Occasio est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Hæc distribu-

fuisse aliquid: uel cum infans esset
 Ut cum obiicit reo lenocinii speciosae marito. Qui dicant facere lenociniū: p̄spicue describit ulpianus titulo de postulādo. Lenociniū inquit facit q̄ quaestuarīa mācipia hēt. Sed & q̄ in liberis hunc quaestū exercet: i eadē causa est: siue p̄cipaliter hoc negotiū gerat: siue alterius negotiationis accessione utat. Idē ad legē lūliā de adulteriis. Lenociniū q̄dē crimen lege lūlia de adulteriis p̄scribitū est: cū sit eadē i maritū p̄na statuta: q̄ de adulteriis uxoris q̄d ceperit: & itē in eū q̄ in adulterio dephēsa retinuerit. Idē ad q̄litatē. Sic q̄dē legif. Sed forsitan. is cū. recte lege ref. Ut si negemus aduulterū ferro occidisse: cū ueneno licuisset occidere. mēda huic sensui iesse dephēdit quae mihi facile tolli posse uidef: si illi ablatiui ferro & ueneno sibi iuicem cesserit locis: ut legat. ut si negemus aduulterū ueneno occidisse: cū ferro licuisset occidere. Nā aduulterū cū adultera deprehēsum ferro ipu ne iterficere licebat. nō aut ueneno Quidā ergo ueneficii accusatus: negat se aduulterū ueneno necasse cum ferro occidere licuisset. Sed uel oportuisse. L̄fa. t̄ascripta oportuisset mihi legēdū uidef. Tū uel ad coniecturas quoq̄. Illa uel particula a sensu nō agnoscif: eoq̄ est expūgēda. Hinc aut colligif id quod paulo ante dixi: is cum esse legēdū: ut itelligamus modū cū ad qualitātē scriptūq̄ pertinere tum ad coniecturas quoq̄. Ex quibus sit causa. Fit loco illius subiunctiui sit mihi legendum uidetur. Causa enim sit ex circumstantiarum complexu: citra quē non causa sed quaestio dicif. Diuidi hęc tria genera non possunt. Sic quidem recte legi uidetur. Sed acutius intuenti in p̄positionē a sensu desiderari liquebit: ut legatur. Diuidi in hęc tria genera nō possunt. Nam loci quidam argumentorum: quia statibus omnibus sunt cōmunes: commode in omnes status distribui non possunt. Ducuntur ergo argumenta ex finitione seu fine. nam utroq̄ modo tradif. Definitio finis interim ac finitio appellaf. Est autē definitio ut Cicero ait: oratio quae id quod definitur explicat quid sit. Constat autem ex genere & differentiis. Sed Fabius etiam descriptiones sub finitione comprehendit. A finitione uero sic ducitur argumentum. Sit enim in quaestione positum utrum iurisciuiilis cognitio sit utilis. Nam sic argumentabor. Iurisciuiile est aequitas constituta iis: qui eiusdem ciuitatis sunt ad res suas obtinendas. Eius autem aequitatis utilis cognitio est, utilis ergo est iurisciuiilis scientia. Ita ut uniuersam uim uerbi

est. Insequentis sunt illa. latuisti. p̄fugisti. liuores & tumores apparuerūt. Iisdem temporū gradibus defensor utetur ad detrahendā ei quod obiicit: fidē. In his oibus factorū dictorūq̄ ratio uersaf: sed dupliciter. Nam fiunt quaedā: quia aliud postea futurū est. quaedā quia aliud ante factū est: ut cū obiicit reo lenocinii speciosae marito: quod speciosā adulterii dānatā quādam emerit. aut paricidii reo luxurioso: quod dixerit patri. non me amplius obiurgabis. Nā & ille non quia emit: leno est: sed quia leno erat: emit. nec hic quia sic erat locutus: occidit: Sed q̄a erat occisurus: sic locutus est. Casus aut qui & ipse p̄stat argumentis locū: sine dubio ē ex insequentibus. Sed quadam proprietate distiguitur: ut si dicam melior dux Scipio q̄ Hānibal uicit Hānibalem. bonus gubernator nūq̄ fecit naufragium. bonus agricola magnos sustulit fructus. Et cōtra sūptuosus fuit. patrimonīū exhaustit. turpiter uixit. uel oibus inuisus est. Intuendae sūt p̄cipueq̄ in coniecturis & facultates. Credibilius est enim occios a pluribus pauciores. a firmioribus imbecilliores. a uigilantibus dormiētes. a p̄paratis inopinantes. Quorum contraria in diuersum ualēt. Hęc & i deliberando ituemur: & i iudiciis ad duas res solemus referre. an uoluerit quis. an potuerit. Nam & uoluntatem spes facit. Hinc illa apud Ciceronem coniectura. Insidiatus est Clodius Miloni. non Milo Clodio. Ille cū seruis robustis. hic cū mulierū comitatu. ille equis. hic in reda. ille expeditus. hic penula irretitus. Facultati autem licet instrumentum coniungere. Sunt enim in parte facultatis & copiae. Sed ex instrumento aliquando etiā signa nascuntur: ut spiculum i corpore inuentū. His adiicitur modus: quē τροπον dicunt: quo quaeritur quēadmodū quid sit factū: idē ad qualitatem scriptumq̄ pertinet: ut si negemus aduulterum ferro occidisse cum ueneno licuisset occidere: sed uel oportuisse. tum uel ad cōiecturas quoq̄: ut si dicam bona mente factum: ideo palā. mala: ideoq̄ ex insidiis. noctu. in solitudine. In rebus autem omnibus de quarū ui aut natura quaeritur: qualq̄ etiā citra cōplexum personarum ceterorumq̄: ex quibus sit causa: p̄ se intueri possumus: tria sine dubio rursus spectanda sunt. an sit. quid sit. quale sit. Sed quia sunt quidā loci argumentorū iis omnibus communes: diuidi hęc tria genera non possunt. Ideoq̄ locis potius: ut quosq̄ incurrent: subiicienda sunt. Ducuntur ergo argumenta ex finitione seu fine: nam utroque modo traditur. Eius duplex ratio est. Aut enim simpliciter quaeritur. sit ne hoc uirtus. aut p̄cedente finitione. quid sit

complectimur. Aut legendum esse loco illius ut particulæ facile ex altera disiunctiua quæ subiicitur apparet. Sed aliud quoq; & quidē maius flagitium mihi in hoc sensu inesse uidetur. Non enim uniuersam: sed in uniuersum forsitan est legendū: ut in uniuersum & per partes tanq̄ opposita disiungant. Aut etymologia ut si assiduus ab ære dādo. Etymologia magis cōuenit ut asse legat. Id quod ex Ciceronis topicis facile cōprobat. Hoc. n. eodē exēplo & Cicero unī. Cum lex inquit eliascētia assiduo uīdicē assiduū esse iubet: locupletē iubet locupleti. Locuples. n. est assiduus ut ait. L. Elius appellatus ab asse dādo. As autē genus fuit apud priscos nūmī maioris: nō solum tota hæreditas: quæ ī duodecī distribuebat partes. Etymologia uero ab aliis īterpretatio nominis. A Cicerone tum ueriloquiū quod nomen tamē reformat: tum notatio appellat. quia sunt uerba reḡ notæ. unde & Aristoteles idē hoc συμβολον appellat quod latine est nota. Ad uerbū aut ueriloquiū trāsfertur. ετυμον nanq; uerum. λογος locutio dicitur. Et locupletem a locoz. Cicero quoq; de rep. libro secundo ait a pecore pecuniosos & a possessionibus locorum locupletes appellatos

uirtus. Ita aut uniuersam uim uerbi cōplectimur: ut rhetorice est bene dicendi sciētia. aut p̄ partes: ut rhetorice ē recte īueniēdi & disponēdi & eloquēdi cū firma memoria & cū dignitate actionis scientia. Præterea finimus aut ui sicut superiora: aut ετυμολογία. ut si assiduū ab ære dādo: & locupletē a locorū. pecuniosū a pecorū copia. Finitioī subiecta maxime uidentur genus. species. differēs. propriū. Ex his omnibus argumenta ducuntur. Genus ad probandam spēm minimum ualet. plurimū ad refellendā. Itaq; nō quia ē arbor: platanus ē. At qd̄ nō ē arbor: utiq; platanus nō est. Nec qd̄ ē uirtus: utiq; nō pōtē ē iustitia. Itaq; a genere perueniēdum ē ad ultimā speciē ut homo est animal. nō est satis. id enim genus ē. mortale etiā si spēs est: cum aliis tamen cōmunis finitio. rōnale: nihil supererit ad demōstrādum id quod uelis. Cōtra species firmā probationē habet: generis. infirmā refutationē. Nam quod iustitia ē: utiq; uirtus ē. quod nō est iustitia: pōtē ē uirtus: ut si ē fortitudo. cōtinētia. cōstātia. Nunq̄ itaq; tolletur a specie genus: nisi omnes species: quæ sunt generi subiectæ: remoueantur. hoc modo. Quod neq; īmortale ē: neq; mortale: animal non est. His adiiciunt propria & differentia. p̄priis cōfirmatur finitio. differentibus soluitur. Propriū autem ē: aut quod soli accidit: ut homini sermo. risus. aut quod utiq; accidit: sed nō soli: ut igni calefacere. Et sunt eiusdē rei plura propria: ut ipsius ignis lucere. calere. Itaq; quodcūq; proprium deerit: soluet finitionē. nō utiq; quodcūq; erit: confirmabit. Sapissime autē quid sit proprium cuiusq; quærit: ut si p̄ ετυμολογία dicatur tyrannicidæ p̄priū ē tyrannū occidere: negemus. Non enim si traditū sibi eū carnifex occiderit tyrānicida uocat: nec si imprudēs uel iuitus. Quod at p̄prium nō erit: differēs erit: ut aliud ē seruū eē. aliū seuir: q̄lis eē ī addictis q̄ solet. Qui seruus ē si manumittat: sit libertus.

Finitioni subiecta maxime uidetur genus. species. differens. p̄priū. genus ē ut definit Aristoteles: quod de pluribus differētibus specie in eo quod quid sit prædicatur: ut arbor de plātō & myrto & reliquis arboribus dicit. Species uero est quæ de pluribus numero differentibus prædicatur. ut Platanus & myrtus. Differens est: quam alii differentiā uocant: quo unūquodq; ab alio differt: ut homo a Brutis ratōe distat. Propriū uero est quod soli accidit: ut homini risus. Ex his aut omnibus definitiones struuntur: ut homo est animal rationale. mortale risus & disciplinæ capax. Nec quod est uirtus utiq; non potest esse iusticia. Tametsi ita fere legitur: mihi tamen nō particula e suo loco in alium trāslata uidetur. Nam ut hoc quoq; exemplo probetur genus ad refellendam speciem plurimum ualere legendum est hoc modo. Nec quod non est uirtus: utique potest esse iusticia. Quod īmortale est neque mortale animal non est. Mendose sic legitur. emendate autem si neque particula iterum ascri-

batur hoc modo. Quod neque īmortale est neque mortale animal non est. Proprium autem est. Fabius quidem duobus. Porphyrius uero quatuor modis proprium distinguit. Sic enim scribit: ut quo modo possumus in latinum uertamus. Proprium autem inquit quatuor diuidunt modis. Etenim quod soli alicui formæ accidit quamuis non omni: ut homini medico esse uel geometræ. Et quod omni quidem speciei accidit etiam si non soli: ut homini esse bipedi. Et quod soli & omni & aliquando: ut homini in senectute canescere. Quarto uero modo quod & soli & omni & semper ut homini esse risibili. Quamuis enim semper non rideat: tamen risibile dicitur: non quod semper rideat: sed quia natura semper ridere potest. Hoc nanque ei semper ingenitum inest: sicut equo hinnibile esse. Hæc autem & præcipue propria dicunt. unde etiam conuertuntur. Siquid enim equus: hinnibile. & siquid hinnibile: equus. Si quid homo risibile: & si quid risibile homo Qui seruus est si manumittatur: sit libertinus. non idem addictus & plura de quibus alio loco,

Quis crederet hunc sensum mendis non carere? Sed certe non caret. Itidem enim hoc est similiter non idem legendum est. Fabius autem in septimo huius operis uolumine pluribus serui & addicti differentias exponit, uideamus ergo iquit propria differentiaque liberorum: quae libro quinto leuiter in transitu attigerat. Seruus cum manumittitur fit libertinus. Addictus recepta libertate fit ingenuus. Seruus inuito domino libertatem non consequitur. Ad seruum nulla lex pertinet. Addictus legem habet. Propria liberi: quae nemo habet nisi liber: praenomen, nomen, cognomen tribum habet haec addictus. Apud iuriscōsultos uero est titulus De iudicio additio: quae tamen turba leguleorum corrumpit legentium. De iudicio additio, quod quidem graue flagitium est. In eo autem titulo copiose de addictis disputatur. Est autem addicere ad tempus aliquid obligare. Unde addicti qui ad tempus alicui sunt obligati. Illud quoque differens uocatur: cum genere in speciem deducto species ipsa discernitur. animal genus, mortale species, terrenum uel bipes differens. Nondum enim proprium est, sed differt a marino uel quadrupede, quod non tam ad argumentum pertinet quam ad diligentem finitionis comprehensionem. Cicero genus & speciem: quam eadem formam uocat: a finitione diducit: & iis quae ad aliquid sunt subiicit: ut si is cui omne argentum legatum est: petat signatum quoque: utatur genere. At si quis cum legatum sit ei: quae uiro materfamilias esset: neget deberi ei: quae in manum non conuenerit: sed neget specie, quoniam duae formae sint matrimoniorum. Diuisione autem adiuuari finitionem docet: eaque differre a partitione: quod haec sit totius in partes, illa generis in

ut uulgo dicimus mortales pro hominibus. Cicero genus & spem quam eandem formam uocat: a finitione diducit, & iis quae ad aliquid sunt subiicit. Cicero in topicis inquit argumenta etiam duci ab iis rebus: quae quodam modo affectae sunt ad id: de quo quaeritur. His ergo genus & species a Cicerone subiiciunt. Sic, n. praecipit. Ducunt etiam argumenta ex iis rebus quae quodam modo affectae sunt ad id de quo quaeritur. Sed hoc genus in plures partes distributum est. Nam alia coniugata appellamus, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine. Ut si is cui omne argentum legatum est: petat signatum quoque: utatur genere. Apertius est apud Ciceronem hoc idem exemplum. Sic, n. explicat. Quoniam omne argentum mulieri legatum est: non potest ea pecunia quae numerata domi relicta est: non esse legata. Forma enim a genere quoad nomen suum retinet: nunquam se iungitur. Numerata autem pecunia nomen argenti retinet, legata igitur uidetur. At si quis cum legatum sit ei quae uiro materfamilias esset: neget deberi ei quae in manum non conuenerit. Sed neget specie, quoniam duae formae sint matrimoniorum. Hoc quoque ex Ciceronis ipsius topicis clarius percipitur. Si Fabiae inquit pecunia legata est a uiro: si ea uxor materfamilias esset: si ea in manum non conuenerat: nihil debetur, genus enim est uxor, eius duae formae sunt, una matrumfamilias. Haec sunt quae in manum conuenerunt. Altera earum quae tantummodo uxores habentur. Quae in parte cum fuerit Fabia: legatum ei non uidetur. Boethus hoc exemplum exponens inquit, Vxorum species sunt duae una matrumfamilias, altera usu. Sed communi generis nomine uxores uocantur. Fit uero id saepe ut species iisdem nominibus nuncupentur: quibus et genera. Materfamilias uero non poterat esse nisi quae conuenisset in manum. Haec autem erat certa species nuptiarum. Tribus enim modis uxor habebatur usu, farreatione, coemptione. Sed farreatio solis pontificibus conueniebat. Quae autem in manum per coemptionem conuenerant: haec matresfamilias uocabantur. Quae uero usu uel farreatione minime. Coemptio uero certis solennitatibus peragebatur, & sese in coemendo interrogabant inuicem, uir ita, an mulier sibi materfamilias esse uellet, illa respondebat uelle. Item mulier interrogabat, an uir sibi paterfamilias esse uellet, ille respondebat uelle. Itaque mulier: uiri conueniebat in manum: & uocabantur haec nuptiae per coemptionem, & erat mulier materfamilias uiro loco filiae. Quam solennitatem in suis institutionibus ulpianus tradit. Diuisione autem adiuuari finitionem docet. In topicis hoc quoque sic Cicero ostendit. Atque etiam definitiones aliae sunt partitionum, aliae sunt diuisionum. Partitionum cum res ea quae proposita est quasi in membra discernitur: ut si quis ius civile dicat id esse quod in legibus, senatusconsultis, rebus iudicatis, iuris peritorum auctoritate, edictis magistratum, more, & quitat e consistat. Diuisionum autem definitio formas omnes complectitur: quae sub eo genere sunt: quod definitur, hoc modo. Ab alienatio est eius rei quae mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio inter quos ea iure civili fieri possunt. Quibusdam deinde interpositis diuisionis partitionisque differentiam hoc modo subiungit. In partitione: inquit quasi membra sunt: ut corporis caput, humeri, manus, latera, crura, pedes & caetera. In diuisione formae sunt: quas graeci εἶδη uocant, nostri si qui haec forte tractant: species appellant: non pessime id quidem: sed inutiliter ad mutandos casus in dicendo. Nolim, n. ne si latine quidem dici possit: specierum & speciebus dicere, & si his casibus utendum est: At formis & formaque uelim. Cum autem utroque uerbo idem significet: comoditate in dicendo non arbitror negligendam

Quæ populi, hæc Δημοκρατία. Quæ paucorum, hæc ὀλιγαρχία. Quæ unius, hæc μοναρχία a græcis uocat. Iracundi uerbis eē credat. Emēdate in quibusdā exemplaribus excādescere scriptū eē loco illoꝝ uerboꝝ eē credat: aī aduerti. Est, n. iracundi ppriū uerbis excādescere. Mihi tamē adhuc aut uerboꝝ aliqd deesse uidet. aut ga pticula ut cessans expūgēda. Aut cōtra quædā in quibusdā utiq; nō sunt. u. uocali expūcta: neqd uel minimū prætermittā: At sensus exposcit. Et rō quīs ita ex diuerso eadē est. Ita particula ut redundās a sensu repellit. Sicut autē est distinguēdū: ne duo diuersa præcepta cōfundant. Probatōi satis est iterim unū hñe hoc mō

formas. partes incertas esse: ut quibus cōstet respub. formas certas: ut quot sint species rerum publicarum: quas tres accipimus: quæ populi, quæ paucorū, quæ unius potestate regent. & ille quidem non his exemplis utitur: quia scribēs ad Trebatū ex iure ea ducere maluit, ego apertiora posui. Propria uero ad coniecturæ quoq; pertinent partē: ut quia proprium est boni recte facere, iracundi uerbis excādescere: aut contra quædam in quibusdam utiq; nō sūt. Et ratio quāuis ita ex diuerso eadem est. Diuisio & ad probandum simili uia ualet: & ad refellendū. Probationi interim satis ē unum habere hoc mō. ut sit ciuis aut natus sit oportet, aut factus, utq; tollendū est, nec natus, nec factus ē. Fit hoc & multiplex. Ideoq; & argumentorum genus ex remotione: quo modo efficitur totum falsum: modo id quo relinquitur uerum. Totū falsum est hoc modo. Pecuniam te credidisse dicis, aut habuisti ipse, aut ab aliquo accepisti, aut inuenisti, aut surripuisti. Si neq; domi habuisti, neq; ab alio accepisti, nec cætera, non credidisti. Reliquū fit uerum sic. Hic seruus quem tibi uendicā: aut uerna tuus est: aut emptus: aut donatus: aut testamēto relictus: aut ex hoste captus: aut alienus. Deinde remotis prioribus: supererit alienus. Periculosum & cum cura intuedum genus, quia si in proponendo unum quodlibet omiserimus: cum risu quoq; tota res soluitur. Tutius Cicero quod p Cecina facit: cum interrogat, si hæc actio nō sit. Simul enim remouentur omnia. Vel cum duo ponentur inter se contraria: quorū tenuisse utrūlibet sufficiat: quale Ciceronis ē. Vnū quidem certe nemo erit tam inimicus Cluentio: qui mihi nō concedat: si constet corruptū illud esse iudicium: aut ab Habito, aut ab Oppianico eē corruptum, si doceo non ab Habito: uinco ab Oppianico, si ostendo ab oppianico: purgo Habito. Fit etiam ex duobus: quorū necesse ē alterum: uerum eligendi aduersario potestas: efficiturq; ut utrum elegerit noceat. Facit hoc Cice. pro Oppio. Vtrum cum Coctam appetisset: aut ipse cū sese conaret occidere: telū ei e manibus ereptū ē, & p Vareno. Optio uobis dat: utq; uelit casu illo itinere Varenū usum esse: an huius persuasū & inductū, deinde utraque facit accusatori contraria. Interim duo ita proponuntur: ut utrumlibet electum idem efficiat: quale est. Philosophandū est: etiam si non est philosophandū, & illud

ut sit ciuis aut natus sit oportet aut factus, utrūq; tollendū est. Hic quoq; aliqd flagitii: quod hactenus nō fuit dephesum: iesse cōtēderim. Cui, n. utrūq; tollendū sit: nō apparet. Tact si aut iuitus facio: ut aliqd qd in exemplaribus nō inueniat: ceterā ascribēdū tamē ne ab istituto recedā: id qd sētio pmā ac doctoz iudicio subiiciā Negati igit dādi casus participiū sensus pspicuitas exigere mihi uidetur ut legat. Negati utrūq; tollendum. Quā rōne pbati quoq; nō pbatio ni forsitan legendū est. Ideoq; & argumentoz genus ex remotione. Hoc genus argumētoꝝ ab aliis uocat A partiū enumeratione. Cuius Cicero tale apponit exemplū. Si nec cēsu, nec uidiēta, nec testamento liber factus est: nō est liber. Neq; ulla est eaz reg. Nō est igit liber. Mō id quo reliquit ueꝝ. Pro quo legendū eē qd apte pater. Tutius Cicero qd p Cecina facit, puerus ē uerboꝝ ordo. Sic, n. est legēdū. Tutius qd Cicero p Cecina facit. Sic aut p Cecina Pisonē Ebutii aduocātū Cicero iterrogat. Age nunc si ne tuoz qdē qsq; loco motus erit atq; oēs in ædibus asseruati ac retēti tu solus phibitus & a tuis ædib; ut atq; armis pterritus: utq; hāc actionē hēbis: qd nos usi sumus: an aliam quāpiā: an oīno nullā: & quæ sequūt. Velcū duo ponent iter se cōtraria. Proponent loco illius uerbi ponent & a uocali i e mutata sufficiat emēdate forsita legere. Fit et ex duob; quoz necesse est alterum: uerum eligēdi aduersario potestas. Sic quidem lectus percipi non potest hic sensus. Quis enī uerū eligēdi potestate aduersario faceret? Quod si hoc mō corrigatur: ut utrum e uocali i. in. t. mutam conuersa legatur ac uerbū uelit ascribatur: facile intelligetur. Sic autem esse legendum etiā exempla: quæ subiiciuntur aperte demōstrāt. Quis utrūlibet quoq; sē sui cōueniri possit. Quale ē, philosophandū ē si nō ē philosophandū. Pædia nus i diuinationē igit ista nec oxy mora nec κακομηλα hoc est nec facta acuta nec affectata eē iudicanda

Neoptolemi autē esse dictū cōstat e tragedia sumptum: Quo significatur philosophiæ quidem operam esse

dandam: sed in eius studio totam vitam non esse consumendam. Quo schema si intelligitur? Quasi non intelligitur. Quasi corrupte legitur. Quo si uero emendate. Schematis autem non esse utendum hoc dicto probatur. Nam schemata aut intelliguntur aut non. Si intelliguntur: nihil magis profunt quam simplex apertaque oratio. Si non intelliguntur: quid prodesse possunt cum non intelligantur. De huiusmodi autem figuris plene a Fabio in nono tractat: ubi etiam de controuersis figuratis præcipit. Est ergo hic quoque argumentum locus iuicè probantium. Argumentorum legendum esse qui non uider grammatice reddat erudiedus. Nam ex initii summa colligitur. littera ascripta in initio est legendum, ut intelligamus finem ex initio probari. Non possumus togam prætextam sperare cum exordium pullum uideamus. Recte quod sic legitur: quis quidam exordium putet esse legendum. Credo ut quod exordium significet se non ignorare ostentarent. Neque enim aut præcepto aut dicto illi quo ipsum præceptum illustrat exordium quod finem exitumque significat: ullo pacto conuenire potest. Quo namque modo ex initio togam prætextam non esse futuram colligere possem: si exordium legatur? Exordium uero ita sensui congruit: ut nihil magis. Si quidem exordium cum aliaque re uero textiliū: quales sunt prætextæ: principium dicitur. Et quosdam omnia suis scriptis confundentes eiusmodi nugas Laurætio Valle acerrimi iudicii uero ascribere nihil pudet. Similiter incrementum in utraque parte ducit rei ratio. ex præpositio est ascribenda ut ex incremento legatur. Est argumentorum locus ex similibus. Similia dicitur in quibus eadem qualitas esse percipitur: quæ sunt quæ a Fabio subiiciuntur.

Si fide det tutor & procurator. Ita quod legitur: in omnibus quæ mihi uideri cõtingit exemplaribus, uerè non debet legendum esse facile ex Ciceronis topicis: unde hæc scripta sunt: percipi potest. Sic enim ibi Cicero scribit. Sunt enim similitudines: quæ ex pluribus collationibus pueniunt quo uolunt: hoc modo. Si tutor fidem præstare debet. Si socius. Si cui mandaris. Si qui iudicium accepit: debet & procurator. Hoc est ex eo genere, quod ἐπιγῶ γῆν γῆν græci uocant. Cicero inductionem. In iisdem topicis Cicero ita præcipit. Hæc ex pluribus pueniens quo uult: appellatur inductione: quæ græce ἐπιγῶ γῆν noia: quæ plurimum est usus in sermonibus Socrates. Ex dissimilibus. Dissimilitudinem Cicero differentiã uocat. Sequitur inquit similitudinem differentiã rei maxime contraria superiori. Sed est eiusdem dissimile & simile iuenire. Eius generis hæc sunt. Non quæ admodum quod mulieri debeas: recte ipsi mulieri sine tutore auctore soluas: ita quod pupillo aut pupillæ debeas: recte possis eodem modo soluere. Ex contrariis. Contraria sunt quæ in eodem posita genere longissime a se distat ut bonum & malum. Ex repugnantibus. Repugnantia dicuntur quæ ita copulantur: ut id quod alicui contrariorum naturaliter iunctum est: reliquo contrario comparet: ut quoniam amicitia atque inimicitia contraria sunt: inimicitias uero consequitur nocendi uoluntas: amicitia & nocendi uoluntas repugnantia sunt. Ex consequentibus siue adiunctis. Alium quidem locum ab adiunctis Cicero facit. alium a consequentibus. Et ab adiunctis quidem locum proprium esse oratorum ait. In eo enim queri quid ante rem. quid cum re. quid post rem euenit. Ante rem autem queri quæ talia sunt. apparatus. colloquia. locus constitutus. conuiuium. Cum re uero pedum strepitus. crepitus hominum. corporum umbræ & siquid eiusmodi. At post rem pallor. rubor. titubatio. & si qua alia signa conturbationis & conscientia. præterea restinctus ignis. gladius cruentus. cæteraque quæ suspicionem facti possunt mouere. Hinc aperte colligimus ea a Cicerone adiuncta uocari: quæ unicuique rei finitimam habeant naturam: uelut timori pallor adiunctus est. Hæc autem talia sunt: ut sæpius quidem uicinis sibi adhærescant: neque tamen ex necessitate iis quibus uicina sunt adesse cogantur. Nam sæpe timori pallor assistit. non tamen semper: uelut cum dissimulatione premiuntur metus. Ideoque uerisimilia ex adiunctis argumenta nascuntur.

uulgatum. Quo schema si intelligitur? quasi non intelligitur? & mentietur in tormentis: qui dolorem pati potest. mentietur: qui non potest. Ut sunt autem tria tempora: ita ordo rerum tribus momentis confertus est. Habent enim omnia exordium. incrementum. summam: ut iurgium. deinde cædes & strages. Est ergo hic quoque argumentorum locus iuicè probantium. Nam ex initio summa colligitur: quale est. Non possumus togam prætextam sperare: cum exordium pullum uideamus: & contra. Non dominationis causa Syllam arma sumpsisse: argumentum est dictatura deposita. Similiter ex incremento in utraque partem ducit rei ratio: cum in coniectura: tum etiam in tractatu æquitate. an ad initium summa referenda sit: id est. an ei cædes imputanda sit: a quo iurgium coepit. Est argumentorum locus ex similibus. Si continentia uirtus: utique & abstinentia. Si fidem det tutor & procurator. Hoc est ex eo genere: quod ἐπιγῶ γῆν græci uocant. Cicero inductionem. Ex dissimilibus. Non si lætitia bonum & uoluptas. Non quod mulieri idem pupillo. Ex contrariis. Frugalitas bonum. luxuria enim malum. Si malorum causa bellum est: erit emendatio pax. Si ueniam meretur qui imprudens nocuit: non meretur premium qui imprudens profuit. Ex repugnantibus. Qui est stultus: sapiens non est. Ex consequentibus siue adiunctis. Si iustitia est bonum: recte iudicandum. Si malum perfidia: non est fallendum. Idem retro. Nec sunt his dissimilia: Ideoque huic loco subiicienda: cum & ipsa naturaliter congruant. Quod quis non habuit: non perdidit. Quæ quis amat: sciens non lædit. Quæ quis heredem suum esse uoluit: carere huiusmodi.

Locum uero a consequentibus & antecedentibus & repugnantibus proprium esse dialecticorum ait: id quod ab adiunctis esse diuersum asserit. Nam coniuncta inquit: de quibus paulo ante dictum est: non semper eueniunt: Consequentia autem semper. Ea enim dico consequentia quæ rem necessario consequuntur. Itemque & antecedentia & repugnantia. Quicquid enim sequitur quæque rem: aut antecedit: id cohæret cum re necessario: & quicquid repugnat: id eiusmodi est: ut cohærere nunquam possit. Hæc quidem Tullius. Fabius uero & consequentia cum adiunctis copulat: & consequentium duo esse genera ait. alia naturæ. alia temporis: neque se de nominibus anxium esse dum ipsa uis rerum intelligatur.

Sed cum sint indubitata uim habent pene signorum innumerabilium. Quid sibi uelit hoc loco genitius iste innumerabilium: igne fateor: mihi non liquet. Sensui certe non congruit. Quare deprauatus esse hic quoque locus uidetur. In solubiliu autem fortasse legendum est. Illa sequentia paragona: quæ postea facta sunt. επρογομεναι in quibusdam exemplaribus rectius mihi legi uidetur. Ad uerbum enim επρογομεναι illata transferuntur προγομεναι uero deriuata dicuntur. Si gnat aut differentia Fabius inter ea quæ consequentia uocatur & quæ sequentia. Consequentia enim adiuncta adhaerentiaque dicuntur nullumque definitum respiciunt tempus. sequentia uero dicuntur postea facta aut futura. denique futuræ tempus respiciunt. Ab utrisque autem argumenta ducuntur. Itaque non dubito hæc quoque consequentia. Aut adiungere aut certe simile uerbum sensus exposcere uidetur. Et uocant εκ των προς αλληλα. Cicero ex rebus sub eadem rationem ueniens. εκ των προς αλληλα. hoc est. ex iis quæ se inuicem tenent. Cicero autem cum alibi in primo rhetorico de his plene tractat. Sic enim scribit. In his rebus quæ sub eandem rationem cadunt hoc modo probabile est. Nā si rhodiis turpe non est portorium locare: nec Hermacreonti quidem est turpe conducere. Forte consequentibus iunxerit. Nisi aut quis nominatiuus aut quid tale ascribatur. aut certe iunxerim: ut sit primæ personæ: legat: neque sensus: neque oratio integra uidebitur. certe uerbum illud iunxerit: ad quæ nominatiuum comode possit referri: non habet. Ego accusaui. uos dānastis. Hæc sententia a Domitio Afro de decimo tertio metamorphoseos libro uidetur esse accepta. Nam ibi Vlysses sic ait. An falso Palamedē crimine turpe est accusasse mihi. uobis dānasse decore? Ut qui mundū nasci dicit: per hoc ipsum & deficere significet. ut sit modi indicatiui significat est legēdum. Solus aut Plato ex oibus philosophis ut iquit Aristoteles: mundū generare ausus est. ex quo colligitur ipsum quæ a Moyse de mundi principio litteris prodita sunt perlegisse eoque nouum philosophis dogma iuexisse: atque ut ueritati consonum approbasse. Quod genus a causis uocant. Causa est qua præcedente aliquid efficitur non tempore sed proprietate naturæ: ut diei causa est ortus solis. Effecta uero sunt: quæ aliquibus efficiuntur causis non tempore præcedentibus sed natura. Quatuor autem causarum species dicuntur esse efficiens. forma. materia. finis. a quibus maxima argumentorum copia in omni disputatione ut inquit Cicero sumi potest. Nam & ipse hunc locum copiose describit. Proximus est inquit locus efficientium rerum quæ causæ appellantur. Deinde res effectæ ab efficientibus causis. Causarum igitur genera sunt duo. unum quod in sua id quod sub ea uis subiectum est: certe efficit: ut ignis accendit. alterum quod naturam efficiendi non habet. sed sine quo effici non possit: ut si quis æs causam statuat uelit dicere: quod sine eo effici non possit: & quæ sequuntur.

Quæ utiq; talia fiunt talia sunt. Hoc præceptū obscurius esse uidetur: q̄ ut Quintiliani Candori conueniat. Superuacuum deinde neq; admonitione dignū iudicari potest. Quis, n. uel rudis dubitet ea quæ talia fiūt talia esse? Quare tæcti iuitus facio ut aliquid uerboꝝ ascribā: quæ in nullis legerim exēplaribus: tamē ne ab istituto recedā: tria hæc uerba sentio apponēda. Qualia quæ faciūt: ut legat. Quæ utiq; talia fiunt talia sunt: qualia quæ faciūt. Meæ uero emēdationi etiā quæ subiiciunt: exēpla stipulant. Hūc aut locū Cicero ab effectis uocat: sicq; eū exponit. Cōiūctus iquit huic causæ loco ille qui efficit ex causis, ut. n. causa quid sit effectū idicat: sic quod effectū est: quæ fuerit causa demonstrat. Hic locus suppeditare solet oratoribus & poetis: sæpe etiā philosophis: sed iis qui ornate & copiose loq; possunt: mirabilē copiā dicēdi: cū denūciāt qd ex q̄q; re sit futura. Causa. n. cognitio cognitionem euētōꝝ facit. Recte aut monemur cās nō utiq; ab ultimo eē retinēdas. Sēsus integritas retinēdas aspna. re. petendas aut recte forsitan legere. Hoc aut Cicero quoq; i primo rhetorico admonet cū ait. Remotū est quod ultra q̄ satis ē petis. huiusmodi est. Quod si. P. Scipio Corneliā filiā Sēpronio Graccho nō collocasset: isq; ex ea duos filios gracchos p. creasset: tāta seditōes natæ nō eēt. Quare hoc icōmodū Scipioni ascribēdū uidet. Huiusmodi ē illa quoq; cōquestio. Vtinā ne i nemore Pelio securibus cæsæ cecidissent abiegna ad terrā trabes. Lōgius. n. repetita est q̄ res postulabat. Et philocteta. Paridi. Si par esses tibi. Corrupte quidē sic legit. Emēdate uero si sperasses tibi. Hæc uero exēpla de priscoꝝ tragœdiis sūpta esse cōstat de Medea atq; Philoctete cōscriptis quæ fabulæ notiores sunt: q̄ ut hic sint enarrāde. Quo mō puenire quolibet retro causas legētib; licet. Pro legētib; qdā agētib; legunt. Sed legētib; se iui magis cōuenire uir: ut itelligamus colligētib;. His illud adiicere ridiculū putarē: nisi eo Cicero uterē qd coniugatū uocant. Atqui ut ridiculū hoc putes Fabii & Aristoteles in topicis locū a cōiugatis tradit. Coniugata autem sunt quæcūq; ab uno noīe uaria p. latione flectunt. ut a iustitia iustū iuste, uel ut Cicero describit. Coniugata dicuntur quæ sūt ex uerbis generis eiusdē. Eiusdē aut generis uerba sūt: quæ orta ab uno uarie commutant: ut sapiēs, sapiēter, sapiētia. Hæc uerborū cōiugatio συζυγία græce dicit: ex qua huiusmodi est argumētū. Si cōpascuus ager ē: ius est cōpascere. Quidam hæc quæ uel ex causis uel ex efficientibus dux: alieno noīe uocāt εκβασις. Corrupte duximus & alieno mihi legi uidetur. Emēdate uero diximus & alio legerēt. εκβασις at ad uerbū trāsserēt egressio uel egressus, exitus, euētus. Appositua uel cōparatiua dicunt: quæ maiora ex minoribus

utrinq; uel ex altera pte. Sol colorat. nō utiq; q̄ ē coloratus a sole est. Iter puluerulentū facit. Sed nec oē iter puluerē mouet: nec quisquis est puluerulentus ex itinere. Quæ utiq; talia fiunt: talia sūt. Si sapiētia bonū uirum facit: bonus uir est utiq; sapiens. Ideoq; boni est honeste facere. mali turpiter. & q̄ honeste faciunt: boni. q̄ turpiter: mali recte iudicantur. At exercitatio plerūq; robustum corpus facit. sed nō quisq; est robustus exercitatus. nec q̄squis exercitatus robustus ē. Nec quia fortitudo præstat: ne mortem timeamus: q̄squis mortē nō timuerit: uir fortis erit existimandus. Nec si capitis dolorē facit: inutilis hominibus sol est. & hæc ad hortatiuum genus maxime pertinet. Virtus facit laudem. sequenda igitur. uoluptas infamiam. fugienda igitur. Recte autem monemur cās non utiq; ab ultimo esse retinendas: ut Medea. Vtinam ne in nemore pelio. Quasi uero id eam fecerit miseram aut nocentem: quod illic ceciderint abiegna ad terram trabes. & Phyllocteta Paridi. Si par esses tibi: ego nūc nō esse miser. Quo modo peruenire quolibet retro causas legentibus licet. His illud adiicere ridiculum putarē: nisi eo Cicero uterē: quod coniugatū uocant: ut Eos qui rem iustā faciunt: iuste facere. quod certe non eget probatione. Quod compascuum ē: compascere licere. Quidam hæc quæ uel ex causis uel ex efficientibus duximus: alieno nomine uocant εκβασις: id est exitus. Nam nec hic aliud tractat: q̄ quid ex quoq; eueniat. Appositua uel comparatiua dicuntur: quæ maiora ex minoribus. minora ex maioribus. paria ex paribus cōfirmantur. Coniectura ex maiore. Si quis sacrilegium facit: faciet & furtum. Ex minore. Qui facile ac palā mentitur: peierabit. Ex pari. Qui ob rem iudicandam pecuniam accipit: & ob dicendum falsum testimoniū accipiet. Iuris cōfirmatio est huiusmodi. Ex maiore. Si adulterum occidere licet: & loris cedere. Ex minore. Si furem nocturnum occidere licet: quid latro nem? Ex pari. Quæ pœna aduersus interfectorem patris iusta est: eadem aduersus matris. Quorum omnium tractatus uersatur in syllogismis. Illa magis in finitionibus aut q̄litatibus psūt. Si robur corporibus bonū non est: minus sanitas. Si furtū scelus: magis sacrilegiū. Si abstinentia uirtus: & cōtinētia. Si mūdus puidētia regit: administranda est respu

blica. Si domus ædificari sine ratione nō pōt: quid agēdū i naualiū cura & armorū? Ac mihi quidē sufficeret hoc genus: sed in species secat. Nam ex pluribus ad unum: & ex uno ad plura: Vnde est. Q uod semel & sapius. & ex parte ad totū: & ex genere ad speciem. ex eo quod continet ad id quod continet. aut difficilioribus ad faciliora. & ex longe positis ad p̄piora: & ad oīa quæ cōtra hęc sunt: eadem ratione argumenta ducunt. Sunt enim & hęc maiora & minora: aut certe uī similit̄ optinent: quæ si prosequamur: nullus erit ea cōcidenti modus. Infinita est enim rez cōparatio. iucūdiora. gratiora. magis necessaria. honestiora. utiliora. sed omittamus plura: ne in eam ipsam quā uito loquacitatem incidā. Exēplorū quoq; ad hęc īfinitus est numerus. Sed paucissima attingā. Ex maiori p̄ Cecinna. Q ui exercitus armatos mouet: is ad uocationē togatorum non uidebitur mouisse? Ex faciliore i Clodium & Curionem. Ac uide an facile fieri tu potueris: cū is factus non sit: cui tu cōcessisti. Ex difficiliore. Vide quæso Tubero: ut qui de meo facto non dubitem: de Ligarii audeā confiteri. Et ibi. An sperandi Ligario causa non sit: cum mihi apud te locus sit etiam pro altero deprecandi. Ex minore pro Cecinna. Ita ne uero scire esse armatos sat est: ut uim factam probes: in manus eorum icidere non latis est: Ego ut breuiter contraham summam: ducuntur argumenta a personis. causa. locis. tempore: cuius tres partes diximus præcedēs: cōiunctum. insequens. facultatibus: quibus instrumentum subiēcimus. modo id est ut quidq; sit factum finitiōe: genere. specie differentibus. propriis. remotiōe. diuisione. initio. icremētis. summa. similibus. dissimilibus. pugnantibus. cōsequenti- bus. efficientibus. effectis. euentis. iugatis. cōparatione: quæ in plures diducitur species. Illud adiiciēdum uidetur. duci argumenta non a confessis tantum: sed etiam a fictione: quam græci καὶ ὑποθέσθω uocant. Et quidem ex omnibus iisdem locis: quibus superiora: quia totidem species esse possunt fictæ: quot ueræ. Nā fingere hoc loco id est proponere aliqd: quod si uerum sit: aut soluat quæstionem: aut adiuuet. Deinde id de quo quæritur: facere illi simile. Id quod facilius accipiant iuuenes nondum scholam egressi: primo familiaribus magis q̄ usitatis exemplis ostendam. Lex. qui parentes non aluerit uinciatur. Non alit quis: & uincula nihilominus recusat. Utitur fictione. Simile. si ifans sit. si rei. p. causa absit. & illa contra optionem fortium. Si tyrānidem petat. si templo- rum euerfionem. plurimūq; uirium ea res habet contra scri- ptum. Utitur his Cicero pro Cecinna. Vnde tu aut familia aut procurator tuus: si me uillicus tuus solus deiecerit. Si ue- ro ne habeas quidem seruum præter eum qui me deiecerit. & alia in eodē libro plurima. Ver; eadē fictio ualet & ad q̄li

minora ex maioribus. paria ex pari- bus cōfirmant. Ut cōfirmat actiue legat: ibiq; distiguat: sēsus itegritas exposcit. Hūc aut locū Cicero cōpa- rationē uocat. Si domus ædificari sine rōe nō pōt: qd agēdū si naualiū cura & armorū. unius pticulæ de- prauatōe totus sapenūmero sēsus cōfūdīt: qd qdē hic facile p̄spici pōt. Nā si pticula loco i præpōnis posita totū iplicat sēsu: q̄ alias p̄spiciuus ē. In ergo si expūcta legat: hoc modo: Quid agēdū i naualiū cura & ar- morū? Sed i spēs secat. In cōparatōe Cicero hęc iqt eē spectāda numez; speciē uim & quādā ad res alias ue- lut affectionē: quæ oīa exēplis a Fa- bio explicat. Aut difficilioribus ad faciliora. Aut disūctiua iter tot co- pulas haudq̄ recte poni mihi uī. Quare est expūgēda ac eius loco ex præpō reponēda: ut legat ex difficilioribus ad faciliora. Nullus erit ea cōcedēdi modus. Loco cōcedēdi le- gat cōcidedi hoc ē i minutas ptes di- uidēdi. Quā græci καὶ ὑποθέσθω uocat. καὶ ὑποθέσθω ad uerbū p̄ sup- pōnē transferri pōt. ὑποθέσθω nāq; iterdū cām. iterdū significat suppō- nē. Vnde & ppōēs hypotheticæ di- cunt: i qb; neq; eē neq; nō eē aliqd simplr dī: uez; sub conditione: ut si hoc ē: illud nō ē. Id qd facilius acci- piāt iuuenes nōdū scholā egressi pri- mo familiaribus magis q̄ usitatis exē- plis ostēdā. Duabus mēdis hic ipli- cat sēsus: q̄z; altera librariorū icuria uī eē admīssa. altera ipiti alicuius te- meritate adiecta. Nam & quo lra d- erasa legēdū est: & q̄ loco illius q̄ uī eē reponēdū. hoc mō. primo fami- liaribus magisq; usitatis exēplis ostē- dā. Exēpla. n. quæ subiicit Fabius ex declamatōibus sūpta sunt: quæ & fa- miliares & usitatæ iuuenibus schola- sticis erāt. Simile si ifās. Sic qdē re- cte legi uī: cū haftenus qd scia: flagi- tiū iesse nō sit aiaduēsu. Quod qdē eo magis ē mirādū: q̄ illud simile nihil ad ppositū facit. Nihil. n. dictū ē: cui simile aliqd possit īferri. Non igr simile. Sed s lra dūtaxat a scripta & diuisionis signo appposito si miles uel refragātibus exēplaribus legēdū eē affirmari. Nā ut ifates q̄ nō aluiffēt parētes nō uicirent: ita nec milites: q̄ppe q̄ reip. cā abfuiisset. Et illa cō- tra optionē fortiiū: sit tyrannidē pe- tat. Si lra. t. erasa legat: Inde q; sēsus ichoef. hoc mō. Si tyrannidē petat. Si uero ne habeas qdē seruū. Et co-

pula qua duo exempla de oratione Ciceronis p Cecina supra cōiungant uidef ascribēda hoc modo. Et si ne hēas qdē seruū. Si hoc tibi iter cōnā. De scđain Antoniū iuectiua de scriptū ē hoc exēplū. Sic & si resp. uocē hret. Illud sic aduerbiū uidef eē ut redūdās eradēdū. Nihil. n. sen sui est necessariū. Nā fictionis aliud exēplū subiicit Fabius de Ciceronis orōne sūptū. Ea q̄ sūt & potētissimā & minimā q̄ cōibus ex praeceptis iueniēda sūt. Nō solū sēsus huius uerba minus cōgrue sunt iūcta sed etiā ipse sibi cōtrarius esse uidef. Quo nāq̄ mō si potētissimā sūt pbatōes minimā eē possint aut cōtra. Emēdari aut sic mihi posse uidef: si nō ea sed eo legat. ac minime sine diphthōgo scribatur. & obuiā nōtatiuus ascribat. ac iueniēdā legatur. hoc mō. Eo q̄ sē & potētissimā & minime obuiā q̄ cōibus ex praeceptis iueniēdā sūt. Vel ex iis quae cuius causā ppria sūt. Cuiusq̄ legēdū eē apte cōstat. Potestatē hēat. b. lra ascribat. ut hēbat ita sēsū exigēte legat. Est aut cōtrouersia declaratoria. Quia ante adultero dimisso adulterā occidere nō licebat. Hoc idē & Paulus iuriscōsultus cōfirmat in sniis libro scđo de adulteriis. Inuētam inq̄ i adulterio uxore maritus ita demum occidere pōt: si adulterz domi suā dephēdat. Aduersus. n. alio non opus fuisse lege. Alios p alio legendū eē ne admonitōe qdē ē dignū. Cū oēs prāter q̄ ab argētariis totū exigēdi ius hēret. Sic qdē recte legi ut sed i prapō forsitā ē ascribēda ut legat Cū i oēs. Argētarii aut sūt q̄ grāco noīe trapezitarē et uocant. quos uulgo cāpores appellāt: nō qdē minutos illos q̄ pecunias solū pmutāt. sed q̄ multoz acceptas pecūias custodiūt: cū opus fuerit reddituri. Minuti aut illi a nostris nūmulariia grācis collyustae uocant. Usurā accepisti. Nō pticu la negatiua sēsui necessaria i aliis exēplaribz ē recte ascripta ut legat usurā nō accepisti. Quod accusatores eoz: q̄ erant ipsi ābitus dānati: e lege sint post hac uictoriā restituti. Post hac ut ad uictoriā referat: non post hac legēdū eē patet. Modestinus at iuriscōsultus libro. xlviii. ad legē lūliā de ābitu sit scribit. Qua lege q̄ dānatus: si aliū cōuicerit: i itegrū restituit. Iōq̄ cū plures eadē didicerit: generibz argumētoz similibus

rates. Si Catilina cū suo consilio nefariorū hominum: quos secū eduxit: hac de re possēt iudicare: cōdēnaret Luciū Murānam. & ad amplificationem. Si hoc tibi iter cōenam i illis immanibus poculis tuis accidisset: sic & si resp. uocem haberet. Has fere sedes accepimus pbatōnū i uniuersū: quas nec generati tradere sat est: cū ex qualibet earum innumerabilis argumētōz copia oriā: nec per singulas spēs exequi patit natura rerū. quod q̄ sunt facere conati: duo pariter subierūt icōmoda: ut nimiū dicerēt: nec tamē totū. Vnde plurimi cum in hos iexplicabiles laqueos iciderūt: oēm etiam quem ex ingenio suo potuerant habere conatū: uelut astricti certis legum uinculis perdidērunt: & magistrū respiciētes naturā ducem sequi desierunt. Nā ut per se non sufficiet scire omnes probatiōes: aut a rebus aut a personis peti: quia utrūq̄ i plura diuiditur: ita ex antecedentibus & iunctis & insequētibus trahenda esse argumēta: qui acceperit protinus in hoc sit instructus: ut quid in quaq̄ cā dicendum sit: ex his sciat: prāserti cū plurimā probationes in ipso causarum complexu reperiuntur: ita ut sint cum alia lite nulla communes. Ea q̄ sūt & potentissimā & minimā: quia cōmuniibus ex praeceptis iueniēda sunt. Hoc genus argumentorum sane dicamus ex circumstantia: quia πρῆσις ὁτι dicere aliter nō possumus: uel ex iis quae cuius causā ppria sunt: ut in illo adultero sacerdote: q̄ lege q̄ unius seruandī potestatē habebat: se ipse seruare uoluit: propriū est cōtrouersia dicere. Nō unū nocentē seruabas. quia ante adultero dimisso adulterā occidere nō licebat. Hoc enī argumentum lex facit: quae prohibet adulterā sine adultero occidi. & illa in qua lata lex est: ut argentariū dimidium ex eo quod debebāt soluerent. creditum suū totū exigent. Argentarius ab argentario solidum petit. Propriū ex materia est argumentū creditoris. Iccirco adiectum esse in lege: ut argentarius totum exigeret. Aduersus enim alios nō opus fuisse lege: cum omnes prāter q̄ ab argentariis totū exigēdi ius haberent. Cum multa autē nouantur in omni genere materia: tū prācipue in his quāstionibus: quae scripto constant: quia uocum est in singulis ambiguitas frequēs. adhuc in coniunctis magis. Et hāc ipsa pluriū legum aliorum uel scriptorum uel congruentium uel repugnantium complexu uariantur necesse est: cum res rei aut ius iuris quasi signum est. Nō debui tibi pecuniā. nūq̄ me appellasti. usurā accepisti. ultro a me mutuatus es. Lex est. qui patri proditiōis reo non affuerit: ex hāres sit. Negat nisi pater absolutus sit. quid signi? Lex altera. Proditiois damnatus cum aduocato exulet. Cicero pro Cluentio. P. Popiliū & Tiberium guttam dicit non iudicii corrupti: sed ābitus eē dānatos. qd signi? q̄ accusatores eorū q̄ erāt ipsi ābitus dānati: e lege sint post hac uictoriā restituti

sententia: sed eorum quos grauissimos sapientia magistrorum: atas uetus credidit: sic iudicet: pleraque esse: quae non tam factis quam causis eorum uel honesta fiunt uel turpia. Nam si hominem occidere saepe uirtus. liberos necare nonnumquam pulcherrimum est. asperiora quaedam adhuc dictu: si comitas utilitas exegerit: facere concedit: ne hoc quidem nudum est ituedum: quale causam uir bonus: sed etiam qua re & qua mente defedat. Ac primum concedat mihi oes oportet: quod stoicorum quoque asprimi confitent: factumque aliquando bonum uirum: ut medacium dicat. Et quidem non numquam leuioribus causis: ut in pueris aegrotantibus utilitatis eorum gratia multa fingimus. multa non facturi promittimus: nedum si ab homine occidendo grassator auertendus sit: aut hostis pro salute patriae fallendus: ut hoc quod alias in seruis quoque reprehendendum est: sit alias in ipso sapiente laudandum. Id si constiterit: multa iam uideo posse euenire: propter quae bene orator tale suscipiat causae genus: quale remota ratione honesta non suscepisset. Nec hoc dico: quia seueriores sequi placet leges pro patre. fratre. amico periclitantibus. tamquam si non mediocris haesitatio est: hinc iustitiae proposita imagine. inde pietatis. nihil dubii reliquamus. Sit aliquis insidiatus tyranno: atque ob id reus. utrumne saluum eum nolet is qui a nobis finit orator: an si tuendum suscepit: non tam falsis defedat: quam qui apud iudices malam causam tuet? Quid: si quaedam benefacta damnaturus est iudex nisi ea non esse facta conuincerimus: non uel hoc modo seruabit orator: non innocente modo: sed laudabilem ciuem? Quid: si quaedam iusta natura: sed comitote tempore inutilia ciuitati sciemus: nonne utemur arte dicendi bona quidem: sed malis artibus simillima? Ad hoc nemo dubitabit: quando si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint: sicut posse interdum concedit: saluos esse eos magis e re pro. sit quam puniri. Si liqueat igitur oratori futurum bonum uirum: cum uera obiiciet: non id aget ut saluus sit? Da nunc ut crimine manifesto premat dux bonus: & si ne quo uicere honeste ciuitas non possit: nonne ei communis utilitas oratore aduocabit? Certe Fabritius Cornelium Ruffum: & aliquando malum ciuem & sibi inimicum: tamen quia utile sciebat ducem imminente bello palam consulere suffragio suo fecit: atque id admirantibus quibusdam respondit: a ciue se spoliari malle: quam ab hoste uenire. Ita si fuisset orator: non defendisset eundem Ruffum uel manifesti peculatus reum. Multa dici possent similia: sed uel unum ex iis quodlibet sufficit. Non enim hoc agimus: ut istud illi quem formamus: uiro sit saepe faciendum: sed ut si talis coegerit ratio: sit tamen uera finitio: oratorem esse uirum bonum dicendi peritum. Praecipere uero ac discere: quo modo etiam probatione difficilia tractent: necesse est. Nam frequenter etiam optimae causae similes sunt malis: & innocens reus multis uersimilibus premit. Quo fit ut eadem actionis ratione defendendus sit: quasi nocens esset. Iam innumerabilia sunt bonis causis malisque comitia. testes. litterae. suspitiones. opiniones. Non aliter autem uersimilia quam uera & confirmant & refellunt. Quapropter ut res feret: flectetur oratio manente honesta uoluntate.

Cognoscenda esse oratori quibus mores formentur.

Vando igitur orator est uir bonus. is autem citra uirtutem intelligi non potest.

q Virtus & si quosdam impetus a natura sumit tamen perficienda doctrina est: Mores ante omnia oratori studiis erunt excolendi: atque omnis honesti iustique disciplina tractanda: sine qua nemo nec uir bonus esse: nec dicendi peritus potest. nisi forte accedamus iis: qui natura constare mores: & nihil adiuuari disciplina putant. Scilicet ut ea quidem: quae manu fiunt: atque eorum

Nehoc quidem nondum est intuentum. Nudum in quibusdam exemplaribus emendate legitur pro illo ad uerbis nondum.

Cum uera obiiciuntur. Cum quidem recte fere legi uideatur: sed cui datiuum sensus exposcit. Et aliquando malum ciuem. Loco illius aliquando recte alioque legeretur. & copula postposita. hoc modo. Alioque malum ciuem. Ad hoc ne modubitauit: quando si nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo possint: sicut posse interdum concedit: saluos esse eos magis erep. sit quam puniri. Deprauata haec periosos corrigatur: si loco illius aduerbi quando: hac comiunctionem quin reponamus: ut accipiamus neminem dubitaturum quin sit magis ex utilitate reip. eos esse saluos quam in bonam mentem mutari possunt quam puniri. Sed uel unum ex iis quodlibet sufficit. D. ascripta quodlibet legatur. Praecipere uero ac discere quo modo etiam probatione difficilia tractentur: necesse est. Sic quidem plerisque recte legi putatur. Sed nisi corrigatur: sensus plene non percipiet. Foris autem hac propositio in est ascribenda ut in probatione legatur: aut certe hac littera. ascripta probationes ac difficiliores est legendum.

q Vando igitur orator est

uir bonus. Tris philosophiae partes: oratori esse tenendas eleganter ut omnia colligit Fabius.

Tantum quia nati sumus habeamus. Nati c littera erasa legendum ē. Abstines erit quicquid sit abstinentia ignoratur. Qui illa littera c expuncta legatur & ignorari p illo ignorat. hoc modo. Qui quid sit abstinentia ignorat. Non eruditione aliquo sermone. N. littera in. r. mutata eruditione legendum ē. O q̄ parum istud putant quibus non facile uidetur. In quibusdā exemplaribus recte loco illius aduerbii non hæc particula tam ē reposita. hoc modo. quibus tam facile uidetur. Quis deniq; in ipsa: quam maxime pleriq; præcipiunt: reip. administratione uersatus? Aliquid huic sensui mihi deesse uidet: ac fortassis hoc participium uitadā recte ascriberetur. Multi nanq; philosophorum uitadā esse reip. administratione præcipiunt. Nec inficior fugiendā quoq; legi posse. hoc modo. Quas deniq; in ipsa: quā maxime fugiendā pleriq; præcipiūt. Atqui eo illum quem institutum Romanū quēdam uelut esse sapientē. Ego p eo & instituo nō institutū manifeste legendū ē. Sed res experimentis atq; opibus uere ciuile uirū exhibeat. Se p nomen uidet ascribēdū. hoc modo. se uere ciuilem uirū exhibeat. Id quod est oratori necessarium: nec adiciendi præceptoribus traditur. Loco adiciendi. i. uocali erasa dicēdi legendū ē hoc modo. Nec a dicendi præceptoribus traditur. Vtināque sit tempus unquā quo perfectus aliq; qualem optamus orator. Minus recte mihi sic legi uidetur. Illud enim aduerbium unquā nihil sensum iuuat: cum præsertim citra negationem in oratione fere non ponatur.

contēptissima confiteant egere doctoribus. Virtutē uero: qua nihil homini: quo ad deos imortales pprius accedat: datū ē: obuiā & illaboratā: tātū qa nati sumus hēamus. Abstines erit q̄ qd sit abstinentia ignorari? Et fortis q̄ metus doloris. mortis. superstitionis nulla rōne purgauerit: Et iustus q̄ æq; boniq; tractatū: q̄ leges: quæ natura sūt oibus data: quæq; pprie populis. gentibus constitutæ: non eruditione aliquo sermone tractauerit: O q̄ istud parū putat: qbus tā nō facile uidet. Sed hoc trāseo: de quo neinē: q̄ litteras uel primis: ut aiūt: labris degustarit: dubitaturū puto. Ad illud sequens reuertar: ne dicendi qdē satis pitū fore: qui nō & naturā uī oēm penitus pspexerit: & mores præceptis ac rōne formarit. Neq; enim frustra in tertio de oratore libro. L. Crassus cuncta: quæ de æquo. iusto. uero. bono: deq; iis quæ sunt contra posita propria esse oratoris affirmat: ac phōs cū ea dicēdi uiribus tuētur: uti rhetorum armis nō suis. Idē tamen confitet ea iā esse a phia petenda: uidelicet qa magis hæc illi uidetur in possessione earū rerū fuisse. Hinc etiā illud est: quod Cicero pluribus libris & epistolis testatur: dicendi facultatem ex itimis sapiētia foribus fluere. Ideoq; aliquādiu præceptores eosdē fuisse mox atq; dicēdi. Quapropter hæc exhortatio mea nō eo ptinet: ut eē oratorē philosophū uelī: quādo nō alia uitæ secta longius a ciuilibus officiis: atq; ab oī munere oratoris recessit. Nā qs phōr aut i iudiciis frequēs: aut clarus i cōciōibus fuit: Quis deniq; i ipsa quā maxie pleriq; præcipiūt rei p. administratione uersatus? Atq; ego illū quē instituo romanū quēdā uelī eē sapiētē: q̄ nō secretis disputatiōibus: sed res experimentis atq; operibus uere ciuile uirū exhibeat. Sed quia deserta ab iis qui se ad eloquentiā contulerūt: studia sapientia: nō iā i actu suo atq; in hac fori luce uersant: Sed i porticus & gymnasia primū. mox in conuentus scholarū recesserūt. Id quod ē oratori necessarium: nec a dicendi præceptoribus traditur: ab iis petere nimis necesse est: apud quos remansit. Euoluēdi penitus auctores: qui de uirtute præcipiūt: ut oratoris uita cum scientia diuinarū res sit humanarūq; cōiuncta: quæ ipsæ q̄to maiores ac pulchriores uiderent: si illas ii docerent: qui etiā eloqui præstātissime possent. Vtināq; sit tēpus unq; quo pfectus aliq; qlē optamus: orator hāc partem superbo nomine & uitiis quorūdam bona eius corrupētū iuisam uēdicet sibi: ac uelut rebus repetitis i corpus eloquentia adducat. Quæ quidem cum sit in tres diuisa partes. naturalē. moralem. rōnalem: quæ tandē nō ē cum oratoris ope coniuncta: Nam ut ordinē retro agamus: de ultima illa quæ tota uersatur i uerbis: nemo dubitauerit: si & pprietates uocis cuiusque nosse: & ambigua apire: & pplexa discernere: & de falsis iudicare: & colligere ac resoluere quæ uelis: oratoris est: q̄q; ea non est tam minute atq; concise in actionibus utendū: q̄ in disputationibus: quia nō docere mō: sed mouere etiā ac delectare audiētes debet orator: ad quod ipetu quoq; & uiribus ac decore ē opus: ut uis annuum maior est altis ripis: multoq; gurgitis tractu fluentiū: q̄ tenuis aquæ & obiectu lapilloꝝ resultātis: & ut palæstrici doctores illos: quos numeros uocat: non iccirco discentibus tradunt: ut iis omnibus qui didicerunt: in ipso luctādī certamine utant. Plus. n. pōdere & firmitate & spiritu agit. sed

Duodecimus

ut sublit copia illa: ex qua unum aut alter: cuius se occasio dederit efficiatur. Ita hæc pars dia-
 lectica: siue illam dicere malimus disputatricem ut est utilis sæpe & finitionibus: & cōprehensionibus: & seperandis quæ sunt differentia & resoluenda ambiguitate: distinguendo: diuidendo: illiciendo: implicando: ita si totum sibi uendicauerit in foro certamē obstabit melioribus & sectas ad tenuitatē suam uires ipsa subtilitate cōsumet. Itaq; reperias quosdā in disputādo mire callidos: cū ab illa uero cauillatione discesserint non magis sufficere in aliquo grauiore actu q̄ parua quædam animalia: quæ in augustiis mobilia in campo depræhenduntur. Iam quidē pars illa mortalis quæ dicitur ethice: certe tota oratoris est. Nā in tota causay (ut superioribus libris diximus) uarietate: cum alia cōiectura q̄rantur alia finitionibus cōcludantur: alia iure sūmoueant: uel trāfferāt: alia colligant: uel ipsa iter se cōcurrāt: uel i diuersum ambiguitate ducant: nulla fere dici potest: cuius nō parte i aliqua tractatus æqui & boni reperiantur. plerasq; uero esse q̄s nescit: quæ totæ in sola qualitate cōsistant. In cōsiliis uero q̄ ratio suadendi est ab honesti questione seposita: Quin illa etiā pars tertiā quæ laudandi ac uituperandi officiis cōtinetur. Nempe i tractatu recti paruiq; uersat: an de iusticia: fortitudine: abstinentia: tēperātia: pietate nō plurima dicit orator: Sed ille uir bonus qui hæc non uocibus tantū sibi nota atq; nominibus auriū tenus in usum linguæ perceperit: sed q̄ uirtutes ipsas mēte complexus ita sentiet: nec in cogitādo ita laborabit: sed quod sciet uere dicet. Cū autē omnis generalis quæstio speciali potentior: q̄a uniuerso partes continent: nō utique accedit parti: quod uniuersum est: profecto nemo dubitabit generales q̄stiones in illo maxime studiosy more uersatas. Iā uero cū sint multa propriis breuib; que cōprehensionibus finiēda. Vnde etiam status causay dicitur finitiuus: nōne ad id quoque istruī ab iis q̄ plus in hoc studii dederunt oportet? Quid non quæstio iuris omnis: aut uerbor; ppriate: aut æq; disputatiōe: aut uolūtatis cōiectura continet: quoy pars ad rationālē: pars ad moralē tractatū redundat. Ergo natura p̄mixta est omnibus istis oratio: quæ quidē oratio est uere. Nā ignara q̄dem huiusce doctrine loq̄citas erret necesse est: ut quæ uel nullos uel falsos duces habeat. Pars uero naturalis cum ē ad exercitationem dicendi: tanto cæteris uberior: q̄to maiore spiritu de quibus rebus q̄ humanis loquendum est. Tum illa: etiam morale sine qua nulla esse (ut docuimus) oratio potest: totam complectit. Nā si regit̄ prouidentia mūdus administrāda certe bonis uiris erit respu. Si diuina nostris animis origo tendendū ad uirtutē: nec uoluptatibus terreni corporis seruientdū: nam hoc nō frequēter tractabit orator. Iā de auguy responsis religioneque omni de quibus maxima sæpe in Senatu cōsilia uersata sunt: nō erit ei differendū: siquidem ut nobis placet futurus est uir idē ciuilis: quæ denique intelligi saltem pōt eloquentia hominis optima nescientis. Hæc si ratione manifesta nō essent: exemplis tamen crederemus. Sigdem & Periclem: cuius eloquentiæ etiā si nulla ad nos monumenta uenerunt: uim tamē quandā incredibilem cū historici tum etiam liberrimū genus hominū comici ueteres tradūt: rexagoræ Phisici cōstat auditorem fuisse: & Demosthenē principem omniū græciæ orator; dedisse operam Platoni: Nam. M. Tullius nō tantū se debere scholis rhetor; quantū academiæ spaciis frequēter ipse testatus est. Neque se tanta eo unquā fudisset ubertas: si ingeniū suū consep̄to fori non ipsius re; naturæ finibus terminasset. Veg; ex hoc alia mihi q̄stio exoritur: quæ secta conferre plurimū eloquentiæ possit: q̄q; ea non inter multos potest esse contentio. Nam epicurus in primis nos a se ipse dimittit: qui fugere omnē disciplinam nauigatiōe q̄ uelocissime iubet: Neque uero Aristippus summū in uoluptate corporis bonū ponēs adhuc nos ad laborem hortet. Phiron quidem quas habere in hoc opere partes pōt: cui iudices esse apud quos uerba faciat: & reū p̄ quo loquat: & senatu in quo sit dicenda sentētia nō liq̄bit. Academiā quidē utilissimam credūt: q̄ mos in utranq; partē differēdi ad exercitationē forēsū causay pxime accedat. Adii ciunt loco p̄batōis q̄ ea præstātissimos i eloquentia uiros ediderit. Peripatetici studio quoq; se

quodam oratorio iactat: Nam thelis dicere exercitationis gratia fere ab iis est institutum. Stoici sicut copiam nitoremque eloquentiae fere praceptoribus suis defuisse concedant necesse est: ita nullos aut probare acius: aut concludere subtilius contendunt. Sed haec inter ipsos qui uelut sacramento rogati uel etiam superstitioe costricti nefas ducunt a suscepta semel persuasioe discedere. Oratori uero nihil est necesse in cuiusquam iurare leges. Maius. n. opus atque praestantius ad quod ipse tendit & cuius est uelut candidatus: siquidem est futurus tum uita: tum etiam eloquentiae laude perfectus. Quare in exemplum benedicendi facundissimum quemque proponet sibi ad imitandum: moribus uero formandis quam honestissima praecpta: rectissimamque ad uirtute uiam deligit. Exercitatioe quidem uter omnis: sed tamen erit plurimus in maximis quibusque ac natura pulcherrimus. Nam quae potest materia repiri ad grauiter copioseque dicendum magis abundas: quam de uirtute de re. p. de prudentia: de origine animorum: de amicitia: haec sunt quibus mens pariter atque oratio insurgant: quae uero bona quod mitiget metus: coerceat cupiditates: eximat nos opinionibus uulgi animumque caelestem: neque ea solum quae talibus disciplinis continentur: sed magis etiam quae sunt tradita antiquis dicta: ac facta praclare: & nosse: & animo semper agitare conueniet: quae perfecto nusquam plura maioraque: quam in nostrae ciuitatis monumentis reperient. An fortitudie fide: iusticia: continentia: frugalitate: contemptum doloris ac mortis: melius alii docebunt quam Fabricii: Curii: Reguli: Decii: Mutii: aliique innumerabiles. Quatum. n. graeci praecptis ualent: tantum romani: quod est maius exemplis: tantumque non cognatis sideribus admoneri: quam non modo proximum tempus: lucemque praesentem itueri satis credat: sed omnem posteritatis memoriam spatium uitae honestae: & curriculum laudis existimet. Hinc mihi ille iusticiae haustus bibat: hinc sumptam libertatem in causis atque consiliis praestet. Neque erit perfectus orator: nisi qui honeste dicere: & sciet: & audebit.

Necessariam iuris ciuili oratori scientiam.

Iuris quoque ciuili necessaria huic uiro scientia est: & morum ac religionum eius reip. quam capeisset. Nam qualis est suasor in consiliis publicis priuatis uel poterit tot rerum quibus praecipue ciuitas continetur ignarus? Quo autem modo patronum se carum non falso dixerit: quod est in causis potentissimum: sit ab altero periturus: pene non dissimilis iis qui poetae scripta pronuntiant. Nam quodammodo mandata perferet: qui sibi a iudice credi postulaturus est: aliena fide dicet & ipse litigantium auxiliator egebit auxilio: quod quod fieri nonnunquam minore incommodo possit: cum domi praecpta & composita: & sicut caetera quae in causa sunt in discendo cognita ad iudicem perferet: quid fiet in quonibus quae subito iter ipsas actiones nasci solent: non deformiter respectet: & inter subfellia minores aduocatos interroget? Potest autem satis diligenter accipere: quem tum audiet cum ei dicenda sunt: aut fortiter affirmare: aut ingenue possit pro suis dicere in actionibus: quod fiet in altera toe. ubi occurrendum continuo: nec libera ad discendum mora est. Quid si forte pitus iuris ille non aderit: quod si quis non satis in ea re doctus: falsum aliquid subiecerit? Hoc. n. est maximum ignorantiae malum quod credit eum scire. qui moneat: neque ego sum nostri moris ignarus: oblitus uel eorum: qui uelut ad arculas sedet: & tela agentibus sumministrat. Neque idem graecos quoque nescio factitasse. Unde nomen iis pragmaticorum datum est: sed loquor de oratore qui non clamorem modo suum causis: sed omnia quae profutura sunt debet. Itaque eum nec inutile si ad horam sorte constiterit: neque in testationibus faciendis esse imperitum uelim. Quis. n. potius preparabit ea quae cum aget eum in causa uelit: nisi forte imperatore quis idoneum credit in praeliis quidem strenuum & fortem: & omnium quae pugna possit artificem? Sed neque delectus agere: nec copias contrahere atque instruere: nec prospicere comitatus: nec locum cape castris scientem. Prius est. n. certa parare bella quam gerere. Atque simillimus huic sit aduocatus: si plura quae ad uincendum ualent aliis reliquerit. Cum praesertim hoc quod est maxime necessarium: nec tam sit arduum quam procul intuentibus fortasse uideatur. Namque omne ius quod est certum: aut scripto aut moribus constat. Dubium aequitatis regula examinandum est: quae scripta sunt: aut posita in more ciuitatis nullam habent difficultatem. Cognitionis sunt. n. non inuentionis: atque consultorum

Duodecimus

responsis explicant: aut in uerborum interpretatōe sunt posita: aut recti paruique discrimine. Vim cuiusque uocis intelligere: aut comune prudentium est: aut proprium oratoris æquas optimo cuique notissima est. Nos porro & bonum uirum & prudentem in primis oratorem putamus: qui cum se ad id quod est optimum natura duxerit non magnopere commouebit: si quis ab eo consultus discentiat: cum ipsis illis diuersas inter se opiniones tueri concessum sit. Sed etiam si nosce quid quisque senserit uolet: lectōis opus est quia nihil est in studiis minus laboriosum. Quod si plerique desperata facultate agendi ad discendum ius declinauerunt: quod id scire facile est oratori quod discunt: qui sua quoque confessioe oratores esse non possunt. Verum & M. Cato cum in discendo præstantissimus: tum iuris fuit idem peritissimus. Et Scæuolæ Seruioque Supplicio concessa est etiam facundia uirtus. Et M. Tullius non modo inter agendum nunquam est destitutus scientia iuris: sed etiam componere aliqua de eo cœpat: ut appareat posse oratore non discendo tantum iuri uacare: sed etiam docendo. Verum ea quæ de moribus excolendis studioque iuris præcipimus: nonne quis eo credat reprehendenda: quod multos cognouimus: quod tædio laboris quem ferre tendentibus ad eloquentiam necesse est: confugerit ad hæc diuerticula desidia: quorum alii se ab albu ac rubricas transtulerunt: & formulari: uel ut Cicero ait legulei quodam esse maluerunt tamquam utiliora eligentes ea: quorum solam facilitatem sequabantur: alii pigritiam arrogantis quod subito fronte conficta imisacque barba: ueluti despexissent oratoria præcepta paulum aliquid federunt in scholis philosophorum: ut deinde in publico tristes: domi dissoluti captaret auctoritatem contemptu cæterorum: philosophia. n. simulari potest: eloquentia non potest.

Necessariam oratori cognitionem historiarum.

In primis uero abundare debet orator exemplorum copia: cum ueterum: tum etiam nouorum: adeo ut non ea modo quæ conscripta sunt historiis aut sermonibus: uelut per manus tradita: quæque quotidie aguntur debeat nosse: uerum ne ea quodam quæ sunt a clarioribus poetis ficta negligere. Nam ea quodam propria aut testimoniorum: aut etiam iudiciorum obtinet locum. Sed hæc quoque aut uetustatis fide tuta sunt: aut ab hominibus magnis præceptorum loco ficta creduntur. Sciat ergo quod plurima unde etiam senibus auctoritas maior est: quod plura nosse & uidisse credunt: quod Homerus frequentissime testatur. sed non est expectanda ultima ætas: cum studia præstent: ut quantum ad cognitionem pertinent rerum & præteritis sæculis uixisse uideamur.

Quæ sunt oratoris instrumenta.

hec sunt quæ me redditurum præmiseram instrumenta: non artis ut quandam putauerunt: sed ipsius oratoris. hæc arma habere ad manum: horum scientia debet esse succinctus: accedente uerborum figurarumque facili copia: & iuentiois ratione & disponendi usu & memoria firmata actōis gratia. Sed plurimum ex iis ualet aut præstantia quam nec metus fragat: nec acclamatio terreat nec audentium auctoritas ultra debitam reuerentiam tardet. Nam ut abominanda sunt contraria iis uitia confidentia temeritatis: improbitatis arrogantis: ita circa constantiam: fiduciam: fortitudinem: nihil ars: nihil studium: nihil perfectus ipse profuerit: ut si des arma timidus & inbellis. Inuitus mehercule dico quoniam & aliter accipi potest ipsam uerecundiam: uitiū quodam sed amabile: quæ uirtutes facillime generet esse interim aduersam: multisque in causa fuisse: ut bona ingenii studiique in lucem non per platea situ quodam secreti consumarentur. Sciat autem si quis hæc forte minus adhuc pitius distinguendi uim cuiusque uerbi leget: non perbitate a me reprehendendi: sed uerecundiam quæ est timor quodam reducens animum ab iis quæ facienda sunt. Inde confusio & cœpti penitentia: & subitum silentium. Quis porro dubitet uitiis ascribere affectum propter quod faceret honeste pudet. Neque ergo rursus nolo eum quod sit dicturus sollicitum surgere: & colorem mutare: & piculum intelligere: quæ si non accidit etiam dissimulanda erunt. Sed intellectus hic sit operis non metus: moueamurque non concidamus. Optima est autem emendatio uerecundia fiducia: et quelibet inbecilla frons magna conscientia sustinet. Sunt & naturalia ut supra dixi: quæ tamē & cura iuuant. instrumenta: uox: latus: decor: quæ quodam tantum ualent: ut frequenter famam ingenii faciunt. Habuit oratores ætas nostra copiosiores: sed cum diceret emiere iter æquales Trachalus ui-

debat: ea corporis sublimitas erat: is ardor oculorum: frontis auctoritas: gestus praestantia: uox quidem non ut Cicero desiderat pene tragædos: sed super omnes quos ego quidem audierim tragædos. Certe cum in basilica iulia diceret prius tribunali. Quattuor autem iudicia ut moris est cogerent: atque omnia clamoribus fremerent: & auditum eum: & intellectum: & quod agentibus cæteris contumeliosum fuit: laudatum quoque ex quattuor tribunalibus memini. Sed hoc notum est & rata felicitas quod si non adsit sane sufficiat ab iis quibus quis dicit audiri talis esse debet orator & hæc scire.

Quod sit incipiendi causas agere tempus.

Gendi autem initium sine dubio secundum uires cuiusque sumendum est: neque ego annos definiam: cum Demosthenem puerum ad modum actiones populares habuisse manifestum sit: Caluus: Cæsar: Pollio multum ante quaestoriam omnes ætate grauissima iudicia susceperunt praetextatos egisse quosdam sit traditum. Cæsar Augustus duodecim natus annos Auiam pro rostris laudauerit. Modus mihi uideatur quidam tenendus: ut neque prope distingua t immatura frons: & quicquid est illud adhuc acerbum proferat. Nam inde & contemptus opis inascitur: & fundamenta iaciunt impudentiæ. Et quod est ubique principiosissimum praueit uires fiducia. Nec rursus differendum est tyrociniū in senectute. Nam quotidie metus crescit: maiusque sit semper quod ausuri sumus & dum deliberamus quando incipiendum sit incipere iam seruum est. Quare fructum studiosorum uiridem & adhuc dulcem prope decet: dum & uenia & spes est: & paratus fauor & audere non dedecet. Et si quid desit operi supplet ætas: Et si quæ dicta sunt iuueniliter pro indole accipiuntur: ut totus ille Ciceronis pro Sexto Roscio locus. Quod uidetur. nam tunc cœle spiritus uiuis: terra mortuis: mare fluctuantibus: litus eiectionis: quæ cum sex & uiginti natus annos sumis audiendum clamoribus dixerit: deferuisse tempore & annis liquata iam senior idem fatetur. Et hercule quantumlibet secreta studia contulerint. Est tamen prope prius quidam fori profectus: alia lux: alia ueri discriminis facies: plusque si separet usus sine doctrina: quam citra usum doctrina ualeat. Ideoque nonnulli senes in schola facti stupent nouitate cum in iudicia uenerunt: & omnia suis exercitationibus similia desiderant. At illic & iudex tacet: & aduersarius obstrepit: & nihil temere dictum perit. Et si quid tibi ipse sumas: probandum est: & laboratam congestamque diem ac noctium studio actionem a qua defecit: & omisso magna semper flandi tumore: in quibusdam causis loquendum. quod illi disertis minime sciunt. Itaque nonnullos repies qui sibi eloquentiores uideantur: quam ut causas agant. Cæterum illi quem iuuenem tenerisque adhuc uiribus nitentem in forum deduximus: & incipere: quam maxime facili ac fauorabili causa uelimus: uti catuli ferarum molliore præda saginantur: & non utique ab hoc initio continuare operam & ingenio adhuc alendo callum inducere. Sed iam scientem quod sit pugna: & in qua re studendum sit: refici atque renouari. Sic & tyrociniū metum dum facilius est: audere transierit: nec audendi facilitatem usque ad contemptum opis adduxerit. Usus est & hac ratione. M. Tullius. & cum iam classem meruisset iter patronos qui tunc erant: nomen: Asia nauigauit: seque & aliis sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris. Sed præcipue tamen Apollonio Moloni quem romæ quoque audierat: rhodi rursus reformandum: ac uelut re-coquendum dedit. Tunc dignum ope pretium tenuit: cum iter se congruunt præcepta & experimenta.

Quæ in suscipiendis causis oratori obseruanda sint.

Ubi satis in omne certamen uirum fecerit: prima ei cura in suscipiendis causis erit. In quibus defendere quidem reos profecto quam facere uir bonus mallet: non tamen ita nomen ipsum accusatoris horrebit: ut nullo neque publico neque priuato duci possit officio: ut aliquem ad reddendam rationem uitæ uocet. Nam & leges ipsæ nihil ualent: nisi actoris idonea uoce munitæ. Et si poenas scelere expeterent fas non est: prope est ut scelera ipsa promissa sint & licentiam malis dari certe contra bonos est. Quod si neque sociorum quærelas: nec amici uel propinquos necesse: nec erupturas in re. pro. conspirationes inultas patietur orator: non pene nocentium cupidus: sed emendandi uitia corrigendique mores. Nam quod ratione traduci ad meliora non possunt: solo metu continentur. Itaque ut accusatoriam uitam uiuere: & ad defendendos reos: pro premio duci proximam latrocinio est: tam pestem inestinatam propulsare cum propugnatoribus præcipue comparandum. Ideoque principes in re. pro. uiri non detractauerunt hanc officii partem: creditique sunt esse

Duodecimus

clari iuuenes obsidē rei. p. dare malorū ciuiū accusationem : q̄a nec
 odisse improbos: nec simultates prouocare: nisi ex fiducia bonæ men-
 tis uidebant. Idq; cū ab Hortētio: Lucullo: Sulpicio: Cicerone: Cæ-
 sare plurimis alijs: tū ab utroq; Catone factū ē: quorū alter appella-
 tus ē sapiens: alter nisi credit fuisse uix scio: cui reliquerit huius no-
 minis locū: nāq; defendat omnis orator idē portūq; illū eloquētiæ
 suæ salutarē: nō ēt pyratis patefaciet: duceturq; i aduocationē ma-
 xime causa. Quoniā tamen omnes qui nō iprobe litigabūt: quorū
 certe pars est: sustinere nō pōt unus: aliquid etiā cōmendantiū p̄so-
 nis dabit: & ipsorū q̄ iudicio decernēt: aut optimi cuiusq; uolunta-
 te moueatur. Nāq; hos & amicissimos habebit uir bonus. Summo
 uendū uero ē utrūq; ambitus genus: uel potentibus cōtra humiles
 uēdicādi operā suā: uel illud ēt iactātius: minores utiq; cōtra digni-
 tatem attolendi. non. n. fortuna causas uel iustas uel improbas facit.
 neq; uero pudor obstat: quo minus susceptā: cū melior uideret litē
 cognita iter discēdū iniquitate dimittat: cū prius litigatori dixerit ue-
 rū. Nam & i hoc maximū: si æqui iudices sumus beneficiū ē: ut nō
 fallamus uana spe litigantē. Neq; n. dignus opera patroni: qui nō
 utitur cōsilio. Et certe nō cōuenit ei: quē oratorē esse uolumus inui-
 sta tueri scientē. Nā si ex illis quas supra diximus causis falsum tue-
 bitur: Erit tamē honestū quod ipse faciet: gratis ne ei semp agendū
 sit: tractari pōt. Quod ex prima statim fronte diiudicare iprudē-
 tiū ē. Nā q̄s ignorat: qn id lōge sit honestissimū: ac liberalibus disci-
 plinis: & illo quē exigimus animo dignissimū: nō uendere operā.
 nec eleuare tanti beneficii auctoritatē: Cum pleraq; hoc ipso pos-
 sint uideri uilia quod preciū habent: cæcis hoc (ut aiunt) satis est:
 nec quisquā qui sufficientia sibi (modica aut hęc sunt) possidebit:
 hunc quæstū sine crimine sordiū fecerit. At si res familiaris ampli-
 us aliqd ad usus necessarios exiget: secundū omnium sapientū lez-
 ges patietur sibi gratiam referri: cum & Socrati collocatū sit ad ui-
 ctū: & Zeno: Cleantes: Chrysippus mercedes a discipulis accepta-
 uerint. Neq; n. uideo quæ iustior acquirendi ratio: quam ex hone-
 stissimo labore: & ab iis de quibus optime meruerint: quicq; si nihil
 iuicē præstent: indigni fuerit defensione: quod quidem non iustū
 modo: sed necessarium etiam est: cū hęc ipsa opera tempus ue om-
 ne alienis negocijs datum: facultatem aliter acquirēdi recidāt. Sed
 tum quoq; tenendus ē modus: ac plurimū refert: & a quo accipiat:
 & quantum: & quousq; paciscendi quidē ille piraticus mos: & im-
 ponentiū periculis præcia procul abominanda negociatio: etiam
 a mediocriter improbis aberit. Cum præsertim bonos homines bo-
 nasq; causas tuenti non sit metuendus ingratus: quid si futurus: ma-
 lo tamen ille peccet: nihil ergo acquirere uolet orator: utraq; q̄ sa-
 tis erit: ac ne pauper quidem tanquam mercedem accipiet: sed mu-
 tua beniuolentia utetur: cū sciat se tanto plus præstitisse: quia nec
 uenire hoc beneficium oportet: nec perire. deniq; ut gratus sit ad-
 eum magis pertinet qui debet.

Bartholomei Merulæ an-
 notationes in reliquas Fabii
 Quirilianideprauatiōes.

Nam q̄s ignorat: qn id lō-
 ge sit honestissimū: ac libera-
 libus disciplis: & illo quē exi-
 gimus aīo dignissimū nō uē-
 dere opam: nec leuare tāti be-
 neficii auctoritatē. Eleuare re-
 ctius iplerisq; exēplaribus &
 signate legi cōspexi: q̄ lectio
 a nobis pbatur: leuare. n. ē la-
 borē extenuare: ut ego hoc a
 fasce leuabo: at eleuare signifi-
 cat deprimere: ut apud p̄per-
 rium eleua assiduos copia lō-
 ga uiros. At si res familia-
 rius āplius aliqd ad usus ne-
 cessarios exiget: secundū oīum
 sapiētū leges patiet sibi gra-
 tiā referri: quū & Socrati colo-
 catū sit ad uictū. Aristoxenus
 (ut laertius tradit) Socratē
 seruisse scribit: & sculpsisse la-
 pides: opusq; illius eē grās: q̄
 sūt i arce uestitas: unde illū &
 timon in sillis sculprore lapi-
 dū dixit. Lege loquens uaser:
 rhetor: lapidūq; politor: Idē
 Aristoxenus tradit Socratē
 pecunias ex ministerio suo
 ad necessariū uictum congre-
 gare solitum: Quod recte fa-
 ctum esse fabius affirmat.

Sed tū quoq; tenendus est
 modus: ac plurimū refert &
 a quo accipiat: & q̄tū: & quo-
 usq; paciscēdi qdē ille pirati-
 cus mos: & iponētiū piculis
 p̄cia: p̄cul aboianda: paciscē-
 da negociatio: ēt a mediocri-
 ter improbis aberit. Quid sibi
 fabius uelit hoc i loco: ne ip̄e
 qdem si uiuat intelliget: adeo
 mēdosus ē eius codex. q̄re ita
 hic locus emēdet: quo fabius
 nitore suo cādidos sit. Corri-
 get igr̄ hoc pacto. si loco quo-
 usq; dictōis: repōet quousq;
 & paciscēda expūget tanq̄ di-
 ctio supflua: hoc mō. Sed tū
 quoq; tenendus est modus: ac
 plurimū refert: & a quo accipi-
 at: & q̄tū: & quousq; paciscē-
 di qdē ille piraticus mos: &
 iponētiū piculis p̄cia procul
 abomināda negociatio: ēt a
 mediocriter improbis aberit.

Quū p̄sertim bonos hoīes bo-
 nasq; causas tuenti nō sit me-
 tuendus ingratus: q̄ si futurus:
 malo tamē peccet, hic quoq;

locus detractioe unius litteræ ob-
scurior uidetur. Sic autem optime
posse corrigi uidetur: si qui relatiuo
.d. litteram addiderimus: ut per in-
terrogationem legatur hoc modo.
Quum præsertim bonos homines
bonasque causas tuenti non sit me-
tuendus ingratus: quid si futurus?
malo tamen ille peccet. Præterea pa-
ulo inferius legitur in plerisque codici-
bus: quum sciat se tanto plus præstis-
sime: uera lectio erit præstitisse.

Nihil ergo acquirere uolet ora-
tor: utraque quæ satis erit: ac ne pauper
quidem tanquam mercedem accipiet:
sed mutua beniuolentia utetur. De
prauatus est hoc etiã in loco Fabius:
hoc igitur modo a quibusdam corri-
gitur: non enim utraq; sed ultra le-
gitur hoc modo. Nihil ergo ac-
quirere uolet orator: ultra quam sa-
tis erit nihil. Respondet enim ob-
iectioni Fabius: ac nihil ultra quæ satis
est oratori acquirendum ait.

Proxima discēdæ causæ ratio
quæ est oratoris fundamentū.
Docet Fabius oportere oratorem op-
time a litigatore causam discere: an-
tequam ad agendum descendat: ne
faciat ut nonnulli uulgo: qui inter
subsellia: aut eodem matutino iactā-
tia ingenii sese didicisse gloriantur.
Nonnulli uero patiuntur se causas do-
ceri ab amicis litigatoris. Sed quum
ad dicendum uenerint: clamore om-
nia complent: dicuntque: quæ nihil
ad causam faciunt: hæc inquam om-
nia euitanda esse pacate colligit Fa-
bius. Aliquod & ambitio peruertit:
qui partim tanquam occupati: sem-
perque aliud habentes & cetera. Mu-
tatione interdum unius litteræ ple-
rūque euenire solet: ut totus sensus
confundatur: id quod hoc in loco in-
tueri facile uel parum doctus pote-
rit. emendabitur igitur Fabii lectio
optime si aliquos: non aliquod le-
gerimus: hoc modo. Aliquos & am-
bitio peruertit. Nonnullam etiã
inter ipsa subsellia didicisse se glori-
antur. Subsellia quid hoc in loco si-
gnificent: nequaquam silentio præ-
tereundum arbitror: legimus siqui-
dem apud Fabium in decimo ubi
de portio latrone loquitur Subselli-
um accipi pro sede in foro: ubi iudi-
ces electi in publico iudicio sedebat:
Subsellia præterea erant in curia ubi
senatores sedebant: id quod osten-
dit Cicero in oratione: quam habuit

Quæ in discēdis causis oratori obseruanda sunt.

Roxima discēdæ causæ ratio: quod est oratoris fun-
damētū. Neque enim quisquam tam ingenio tenui reperi-
tur: quæ cum omnia quæ sunt in causa diligenter cognoue-
rit: ad docendum certe iudicem non sufficiat: sed eius rei paucissi-
mis cura est. Nam ut taceam de negligētibus: quorum nihil re-
fert: ubi litium cardo uertatur: dum sint quæ uel extra causam
ex personis ac communi tractatu locorum occasionem claman-
di largiantur: aliquos & ambitio peruertit: quæ partim tanquam
occupati: semperque aliud habentes: quod ante agendum sit:
pridie ad se uenire litigatorem: aut eodem matutino iubet.
nonnullam etiã inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur:
partim iactantia ingenii: ut res cito accepisse uideantur: tene-
re se & intelligere pene priusquam audiant mēti. Cum mul-
ta & diserte summisque clamoribus: quæ nequæ ad iudicem
neque ad litigatorem pertineant: decantauerint. bene sudan-
tes beneque comitati per foras reducatur. ne illas quidem tulerim
delicias eorum: quæ doceri amicos suos iubent: quæ minus ma-
li est: si illi saltem recte discant: recteque doceant. Sed quis discet
tam bene quam patronus? **Q**uomodo autem sequester ille & me-
dia litiū manus: & quidam interpretes impendet æquo animo
laborē in alienas actiones: cum dicturus ipse non sit. Pessime
uero consuetudinis libellis esse contentū: quos componit: aut
litigator: quæ confugit ad patronū: quia liti ipse non sufficit: aut
aliquis ex eo genere aduocatorum: qui se non posse agere con-
fitentur. Deinde faciunt id quod est in agendo difficillimū.
Nā qui iudicare quid dicendum: quid dissimulandum: quid de-
clinandum: imitandum uel fingendum etiam si potest. Cur non sit
orator: quando quod difficilius est facit: Hi porro non tan-
tū nocerent: si omnia scriberent: uti gesta sunt. Nūc consiliū
& colores adiiciunt: & aliquid peiora ueris: quæ plerique cum acce-
perunt mutare nefas habent & uelut themata in scholis posita
custodiunt. Deinde depræhenduntur: & causam quæ discere
ex suis litigatoribus noluerunt: ab aduersariis discunt. Liberū
igitur demus ante omnia iis: quorum negotiū erit tempus ac locū: ex-
hortemurque ultro: ut omnia quanlibet uerbose: & unde uolent
repetita ex tempore exponant: non enim tam obest audire superua-
cua: quam ignorare necessaria. Frequenter autem & uulnus & reme-
diū in iis orator inueniet: quæ litigatori in neutram partem ha-
bere momentū uidebantur. nec tanta sit acturo memorie fi-
ducia: ut subscribere audita pigeat: nec semel audisse sit satis:
cogendus eadem iterū ac sapientius dicere litigator: non solum
quia effugere aliqua prima expositione potuerunt: præsertim
hominem quod sæpe euenit imperitum. Sed etiam ut scia-
mus an eadem dicat. Plurimi enim mentiuntur. & tanquam
non doceant causam: sed agant: non ut cum patrono: sed cum
iudice loquantur. **Q**uapropter nunquam satis credendum

Duodecimus

est: sed agitandus oibus modis & turbandus & euocandus. Nam ut medicis non apparerentia morum uicia curanda sunt: sed et inuenienda quae latent: saepe ea ipsis quae sanandi sunt oculentibus: ita aduocatus plura quam ostendunt aspiciat: nam cum satis in audiendo patientiae impenderit: in aliam rursus ei personam transferendum est: agendusque aduersarius: proponendum quicquid recipit in eiusmodi disceptatione natura. Interrogandus qui infestissime ac premendus: nam dum omnia querimus: aliquando ad uerum ubi mime expectauimus peruenimus: in summa optimus est in discendo patronus incredulus: permittit. n. litigator omnia. testem. populum. paratissimas consignationes. Ipsum denique aduersarium quaedam non negaturum. Ideoque opus est intueri omne litis instrumentum: quod uidere non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissime aut non sunt omnino quae promittebantur: aut minus continent: aut cum alio aliquo nocitura permixta sunt: aut nimia sunt: & fidem hoc ipso de tractura: quae non habent modum. denique linum ruptum: aut turbata caera: aut sine agnitione signa frequenter inuenies: quae nisi domi excusseris: in foro inopinata decipiet: plusque nocebunt destituta: quam non promissa nocuissent. Multa etiam quae litigator nihil ad causam pertinere crediderit: patronus eruet: modo per omnes quos tradidimus argumentorum locos eat: quos ut circumspectare in agendo: & attentare singulos minime conuenit: propter quas diximus causas: ita etiam in discendo rimari necessarium est: quae personae: quae tempora: quae loca: instituta: instrumenta: caeteraque: ex quibus non tantum illud quod est artificiale probationis genus colligi possit: sed qui metuendi testes: quo modo sint refellendi: nam plurimum refert inuidia reus ac odio an contemptu laboret: quorum fere pars prima superiores: proxima pares: tertia humiliores premit: sic causam perscrutatus propositis ante oculos omnibus quae profint noceant uel. tertiam deinde personam induat iudicis. fingatque apud se agi causam. & quod ipsum mouisset de eadem re pronunciatum: id potentissimum apud quemcumque agitur existimet. & sic eum raro fallent euentus. aut culpa iudicis erit.

Quae seruanda in agendis causis oratori sint.

Vae sunt in agendo seruanda toto fere opere executi sumus. pauca tamen propria huius loci quae non tam dicendi arte quam officiis agendi continent: attingam: Ante omnia ne (quod plerisque accidit) ab utilitate eum causae praesentis cupido laudis abducatur. Nam ut gerentibus bella non semper exercitus per plana & amoenam ducendus est: sed ad eundem plerumque asperos colles: expugnanda ciuitates quilibet praecipitis in positae montibus: aut operum mole difficiles: ita orator gaudebit quod occasione latius decurrere: & aequo congressa campo totas uires populariter explicabit. at si iuris anfractus: aut eruenda ueritatis latebras adire cogatur: non obequitabit: nec illis uibrantibus com-

in senatu in Catilinam. Erant etiam subsellia sedes in Theatro. Suetonius in Augusto. Facto igitur decrero patrum: ut quotiens quid spectandi usquam publice ederetur: primus subselliorum ordo uacaret senatoribus. Dicebantur etiam Subsellia: ubi se debant rei & accusatores & testes & quae iudicium spectabant in foro: id quod apud ciceronem multis ex locis percipi potest: de his nunc etiam fabius intelligit.

Quae neque ad iudicem: neque ad litigatorem pertineat: decantauerint: bene sudentes. Siquis diligentius inspexerit: facile cognoscet: duobus in locis deprauatum esse assignatum Quintiliani locum: pertineant enim non pertineat ut ad multa referat: & sudentes non sudentes si quis legerit inspecto rectissime sensum eliciet.

Exhortemurque ultro: ut omnia qualibet uerbosae: & unde uolent perita ex tempore exponat. **Q**uis non uidet legendum esse exponant plurali numero: ut referat ad illud pronomem iis.

Nec semel audisse satis sit: cogendus eadem iterum ac saepius dicam litigator. Codices fere omnes hac nostra tempestate ita sunt deprauati: ut nisi ferueat lector aure uaporata (ut ait Persius): nihil ex falsa lectione colligi possit: hic enim mutatione unus dictionis: sensus nusquam percipi potest: **Q**uare ita corrigetur. **S**i loco dicam dicere reposuerimus hoc modo. **N**ec semel audisse satis sit: cogendus eadem iterum ac saepius dicere litigator.

Multa etiam quae litigator nihil ad causam pertinere crediderit patronus eruet: modo per omnes quos tradidimus argumentorum locus eat. **R**idicula haec nostra puicia nonnullis fortasse uidebitur: quae tam scrupulosa cura paruula

queq; emendemus. At quonia reliquos errores ex qnti/ hāi codice corrigēdos suscepti mus: hic quoq; locus sic emē def ut argumētōz locos nō locus legāus: hoc pacto: mō p oēs argumētōz locos eat.

Sic causam perscriptatus ppositis ante oculis oibus: q̄ profint noceāt ue: Miror unde tāta inscitia emanarit: ut legat pscrupatus: quū pscrutor sine, p. scribatur: Quis ne scit p̄retea ante p̄positionem accusatiuū casum p̄scere, ita iḡ legat. Si causam pscrutatus ppositis āte oculos oibus: q̄ plint & ce. Quæ sūt i agēdo seruāda: toto fere ope excuti sumus. Oratorē p̄fectū & cōsumatū istituēs Fabius: de officio eius multa differit & āte oia dissimulādā eē eloquētiā docet: postremo si p̄tinus respōdēdū fuerit: qd agēdū sit: accuratissime colligit.

Quæ oia nūdū fiunt laudatur: sed quū facta sūt, Obscurior hic locus uidet eē: sed si aliter scribat: nitidus & apertus erit: nūdū, n. p non adhuc hic neq; accipit: sed si se parāda ē ab ea p̄tula dū: ut si iūgat cū uerbo laudat: Ita iḡ legat. Que oia nō dū fiūt laudat. Nec ullo fastidio laborabit orator nō agēdi causas minores q̄tā ifra eū sint: Mutatiōe unius dictionis nullus hic sensus elici poterit. Emēdabit at hoc mō si loco q̄tā: tanq; dictionē reposuerimus: ut ita legat. Nec ullo fastidio laborabit orator non agendi causas minores: t̄q; ifra eum sint. Sup oia pit illa: q̄ plurimū oratori & auctoritatis et fidei confert modestia: si a uiro bono i tabulā latratoreq; cōuertit. Quid sibi cū tabula uelit qntiliāus ignoro: sed si similitudine: quā r hēt cū t falso scriptū est tabula: quū tabula dicendū fuerit. Est, n. tabula quē nunc aduocatū dicimus a rabie dictus q̄si rabiosus uel a radendo. i. auferēdo ut uoluit p̄peius: Cicero in oratore. Nō, n. declamatorē aliquē de ludo: aut rabulā de foro: sed doctissimū aut p̄fectissimum quærimus.

citatisq; sententiis uelut missilibus utetur: sed operibus & cuniculis & ifidiis & occultis artibus rem geret: Quæ omnia non dū fiūt laudant: sed cum facta sunt: unde etiam cupidissimis opionis plus fructus uēit: nā cum illa dicendi uitiosa iactatio iter plausores suos detonuit: resurgit uera & uirtutis fortior fama: nec iudices a quo sint moti dissimulant: & doctis creditur: nec est oratiōis uera laus: nisi cum finita est. Veteribus quidem etiam dissimulare eloquentiam fuit moris: Idq; M. Antonius præcipit: quo plus dicentibus si dei: minusq; suspecte aduocatoz insidiæ forent: sed illa dissimulari quæ tum erat potuit: nondum, n. tantum dicendi lumen accesserat: ut etiam per obstantia erumperet: quare artes qdem & consilia lateant: & quicquid si depræhenditur perit. hæctenus eloquentia secretum habet. Verborum quidem delectus: grauitas sententiarum: figurarum elegantia: aut non sunt: aut apparent: sed uel propter hoc ipsum ostentanda nō sunt: quod apparent: aut si unū ex duobus eligendū: causa laudetur potius q̄ patronus: Finem tamen hunc præstabit orator: ut uideatur optimā causam optime egisse. Illud certum erit neminem peius agere q̄ qui displicēte causa placet. necesse est enim extra causam sit quod placet: nec ullo fastidio laborabit orator non agēdi causas minores tanquam ifra eū sint: aut detractura sit opinioni minus liberalis materia: nam & luscipiendi ratio iustissima est: officium: & optandum etiam: ut amici q̄ minimas lites habeant: & abunde dixit: bene quisq; rei satisfecit. at quidam etiam si forte susceperint: negocia paulum ad dicendū tenuiora extrifecus adductis ea rebus circumliniunt: ac si defecerint alia conuitiis implent uacua causas: si cōtingit ueris: si minus fictis: modo sit materia ingenua: mereaturq; clamorem dum dicitur. Quod ego adeo lōge puto ab oratore p̄fecto: ut eum ne uera qdem obiecturum: nisi id causa exigit credam. Ea est, n. prorsus canina (ut ait Appius) eloquētia: cognituram maledicēdi subire: quod faciētibus: & male audiēdi præsumēda patiētia est. Nā & in ipsos sit ipetus frequēter q̄ egerūt: & certe patroni petulantiā litigator luit: sed hæc minora sunt ipso illo uitio animi: quo maledictus a malefico nō distat: nisi occasiōe: Turpis uoluptas & ihumana: & nulli audiētū bono grata: a litigatoribus qdē frequenter exigit: q̄ ultionē malunt q̄ diffensionē. Sed neq; alia multa ad arbitrium eorū faciēda sunt. Hoc qdē q̄s hoīum liberi mō sanguinis sustineat petulās eē ad alterius arbitriū. Atq; etiā i aduocatos partis aduersæ libēter nōnulli iuehūt: qd nisi forte meruerit: & ihumanū ē: respectu coīum officioz: & tum ipsi q̄ dicit iutile: nā idē iuris responsuris datur: tū causæ contrariū: q̄a plane aduersarii fiunt & inimici: & quātuluncūq; iis uitū est: contumelia augetur. Super omnia perit illa que plurimū oratori & auctoritatis & fidei affert modestia: si a uiro bono i rabulam latratoremq; cōuertit: compositus nō ad animum iudicis sed ad stomachū litigatoris. Frequenter etiā spēs libertatis deducere ad temeritatē solet: non causis mō: sed ipsis etiā

Duodecimtis

